This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Ric. Hooper.
Coll. SS. Trin.



SELECTA QUÆDA

EX

C. PLINII SECUNDI

HISTORIA NATURALI,

AD USUM

SCHOLARUM ACCOMMODATA.

WARRINGTONIÆ:

TYPIS GULIELMI EYRES;

PENSIS J. JOHNSON, in Cœmeterio D. Pauli, LONDINI.

MDCCLXXVI.

294. g. 51.

VIRO ORNATISSIMO

DE HISTORIA NATURALI

OPTIME MERITO

THOMÆ PENNANT

DE DOWNING

ARMIGERO

HUNC LIBELLUM

DICATUM VULT

EDITOR

PRÆFATIO.

EST hujus libelli propoſitum, ut in Scholas introducatur novus auctor, Plinius Veronenſis; *non inratus ut ſpero futurus hoſpes. Multi enim, in Puerorum inſtitutione verſati, ſæpe conqueruntur de librorum aucitate, qui ab omni parte idonei ſunt ad linguam Latinam docendam. Quidam ſublimiora tractant quam ro diſcentium captu. Nonnulli nequitiam docent, ubi am ſeverius perſtringere videntur. Alii, denique, ob mplitudinem molemque ſuam in ſcholis pertractari neueunt. His et ſimilibus incommodis obviam itum eſt, quibuſdam viris doctis et cordatis, ſcholarum celebriorum Magiſtris, qui ſelecta quædam ediderunt, ubi nihil eneræ ætati diſcentium minus aptum occurrat. His go fretus exemplis, hanc opellam in lucem mitto, ex ibris naturalis hiſtoriæ indefeſſâ diligentiâ C. Plinii ompoſitis, excerptam. Eſt quidem tanti operis pars erexigua; eo autem diſcentibus parabilior, et ſcholis agis accommodata. Nec poteſt ille ſcriptor jucundus et ruditus Collegia privata inviſere, niſi in ejuſmodi forma: proinde deliteſcit adhuc ſua mole conſepultus. Humaniter ergo accipiat lector candidus hoc munuſculum; nec ſtudioſæ juventuti invideat has hiſtoriolas, quæ*

et

et ſuavitate delectare, et eruditione multiplici prodeſſe poſſint. Nihil hic occurret contra bonos mores; nihil quod a pueris, modo ne admodum tenellæ ætatis ſint, intelligi nequeat, aut intellectum noceat. Has ſaltem dotes habere decet omnem librum ad inſtituendos linguarum Tirones adhibitum. Sed et inſuper optandum eſt, auctores qui juventutem tot annos occupant, non modo nihil nocere, ſed etiam aliquod juvare ad rerum utilium cognitionem; ne circa vocabula ſola conſeneſcant. Neque hac ex parte deerit noſter libellus: etenim cum non ſit Plinius noſter oratione locuples, rebus jejunus: nam plurima continet notitiâ digniſſima, et quæ animos juvenum hiſtoriæ naturalis amore incendere poſſint. Cum enim hujus ſtudii ſuavitatem primis deguſtaverint labris, par eſt ut ad pleniores hauſtus appetitus alliciatur. Nec diſſimulare cupio, me hac editione inter alia propoſitum habere, ut ad hanc cognitionem, quæ diu immerito neglecta, nunc tandem laboribus et ingeniis clarorum virorum exculta, maximè floret, animi Puerorum ſenſim ducantur. Sunt enim hujus ſtudii elementa haud abhorrentia a tenerâ ætate: quippe cum vegetior eſt memoria, et ad ea quæ didiſcerit retinenda accommodatior. Ob hanc cauſam, maxima pars hujus opuſculi ex illis Plinii libris exhauritur, qui res naturales tractant. Attamen, non intra hos limites

me

me ita concluſi, ut cæteras hujus theſauri opes prorſus negligerem. Quædam ad artes ſpectantia, nempe intellectu facilia, et quæ delectationem lectoribus commovere poſſint, intromittere haud gravatus ſum.

Pauca Tironum gratiâ de auctore ipſo ſunt tradenda. C. Plinius Secundus, non Novocomenſis ut quidam contendunt, ſed Veronenſis, Tiberio imperante natus eſt. Procurationes aliaque publica munera ſummo honore adminiſtravit, maximè ſub Veſpaſiano, cui admodum carus erat, nec minus filio ejus Tito. Periit vi favillæ ex Veſuvio flagrante erumpentis, anno ætatis 56, *poſt Chr. nat.* 71. *Hanc cladem graphice depinxit Plinius junior L. VI. Ep.* 16. *Omnibus liberalibus diſciplinis inſigniter excultus erat: quas, etſi variis negotiis diſtrictus, ſummo ardore per omnem vitam proſequebatur. Erant nempe in viro mira diligentia et temporis parſimonia. Multa ſcripſit quorum tituli modo reſtant; a Plinio juniore, L. III. Ep. V. enumerati. Sola ad noſtra tempora pervenit hiſtoria naturalis libris XXXIII. quam ille Plinius junior veriſſimè appellat "Opus diffuſum, eruditum, nec minus "varium quam ipſa natura." Meretur certè, ut ab omnibus doctis non obiter legatur; qui plurima paſſim invenient admodum rara et aliunde fruſtra quæſita. Adde quod copiam linguæ Latinæ ut nemo alius docet;*

cujus ubertatem ille neſcit, qui Plinium nunquam legerit. Sed haud opus eſt laudibus ejus immorari, quas omnes agnoſcunt, immo quibus illum multi eruditi liberalius quam par eſt cumulare ſolent. Niſi enim ſplendore Pliniani nominis oculi præſtringantur, ultro fatebimur, fruſtra requiri ab illo judicium acre quod res perpendat, verumque a falſo ſecernere valeat: unde plurima prorſus incredibilia narrat, quæ omnia a delectu noſtro ablegavimus. Eſt et ubi ſtylo peccat, qui nonnunquam eſt aſper, obſcurus, neglectus, et in tranſlationibus, quorum ſenſus reconditi, nimius. Eſt autem plerumque nitidus et acutus; multumque in deſcriptionibus ejus ineſt gratiæ et ενεργειας *Ne metuat igitur Præceptor hoc opuſculum alumnis ſuis in manus tradere.*

Habes, lector amice, quæ præfanda duxi. Si hæc a me navata opera aliquid ad uſum ſtudioſæ juventutis conferat, ſat eſt: præmia quæ opto conſecutus ſum. Vale.

J. A.

SELECTA QUÆDAM

EX

C. PLINII SECUNDI

ISTORIA NATURALI.

SOL.

PLANETARUM medius Sol fertur, amplissima magnitudine ac potestate: nec temporum modo, terrarumque, sed siderum etiam
um, cælique rector. Hic lucem rebus mini-
aufertque tenebras: hic reliqua sidera occultat,
rat: hic vices temporum, annumque semper
centem ex usu naturæ temperat: hic cæli tri-
m discutit, atque etiam humani nubila animi

ſerenat: hic ſuum lumen cæteris quoque ſideribus ſenerat, præclarus, eximius.

LUNA.

Sed omnium admirationem vincit noviſſimum ſidus, terrisque familiariſſimum, et in tenebrarum remedium ab natura repertum, Lunæ. Multiformi hæc ambage torſit ingenia contemplantium, et proximum ignorari maxime ſidus indignantium: creſcens ſemper, aut ſeneſcens. Et modo curvata in cornua facie, modo æqua portione diviſa, modo ſinuata in orbem: maculoſa, eademque ſubito prænitens: immenſa orbe pleno, ac repente nulla: alias pernox, alias ſera, et parte diei Solis lucem adjuvans: deficiens, et in defectu tamen conſpicua: quæ menſis exitu latet, quum laborare non creditur. Jam vero humilis, et excelſa, et ne id quidem uno modo, ſed alias admota cælo, alias contigua montibus, nunc in Aquilonem elata, nunc in Auſtros dejecta: quæ ſingula in ea deprehendit hominum primus Endymion: et ob id amore ejus captus fama traditur. Non ſumus profecto grati erga eos, qui labore curaque lucem nobis aperuere in hac luce: miraque humani ingenii peſte, ſanguinem et cædes condere

condere annalibus juvat, ut ſcelera hominum noſcantur mundi ipſius ignaris.

TERRA.

SEQUITUR terra, cui uni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ venerationis. Sic hominum illa, ut cælum Dei: quæ nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper: noviſſime complexa gremio jam a reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater, operiens: nullo magis ſacra merito, quam quo nos quoque ſacros facit! etiam monumenta ac titulos gerens, nomenque prorogans noſtrum, memoriam extendens contra brevitatem ævi. Cujus numen ultimum jam nullis precamur irati grave: tamquam neſciamus hanc eſſe ſolam, quæ numquam iraſcatur homini. Aquæ ſubeunt in imbres, rigeſcunt in grandines, tumeſcunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: aër denſatur nubibus, furit procellis. At hæc benigna, mitis, indulgens, uſusque mortalium ſemper ancilla, quæ coacta generat! quæ ſponte fundit! quos odores ſaporesque! quos ſuccos! quos tactus! quos colores! quam bona fide creditum fenus reddit! quæ noſtri cauſſa alit!

Quas non ad delicias, quasque non ad contumelias ſervit homini? In maria jacitur, aut, ut freta admittamus, eroditur aquis: ferro, ligno, igne, lapide, fruge, omnibus cruciatur horis, multoque plus, ut deliciis, quam ut alimentis famuletur noſtris. Niſi tamen, quæ ſumma patiatur, atque extrema cute, tolerabilia videantur. Penetramus in viſcera, auri argentique venas, et æris ac plumbi metalla fodientes: gemmas etiam et quosdam parvulos quærimus lapides, ſcrobibus in profundum actis. Viſcera ejus extrahimus, ut digito geſtetur gemma, quam petimus. Quot manus atteruntur, ut unus niteat articulus!

Hæc eſt materia gloriæ noſtræ, hæc ſedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuamur humanum genus, hic inſtauramus bella etiam civilia, mutuisque cædibus laxiorem facimus terram. Et ut publicos gentium furores tranſeam, hæc, in qua conterminos pellimus, furtoque vicini ceſpitem noſtro ſolo adfodimus; ut qui latiſſime rura metatus fuerit, ultraque fines exegerit adcolas, quota terrarum parte gaudeat? Vel quum ad menſuram avaritiæ ſuæ propagaverit, quam tandem portionem ejus defunctus obtineat!

TERRÆ

TERRÆ MOTUS.

VARIE quatitur, et mira eduntur opera: alibi proſtratis mœnibus, alibi hiatu profundo hauſtis, alibi egeſtis molibus, alibi emiſſis amnibus, nonnumquam etiam ignibus, calidiſve fontibus, alibi averſo fluminum curſu. Præcedit vero comitaturque terribilis ſonus, alias murmur ſimilius mugitibus, aut clamori humano, armorumve pulſantium fragori. Nec ſimplici modo quatitur, ſed tremit vibratque. Hiatus verò alias remanet, oſtendens quæ ſorbuit, alias occultat ore compreſſo, rurſusque ita inducto ſolo, ut nulla veſtigia exſtent, urbibus plerumque devoratis, agrorumque tractu hauſto. Navigantes quoque ſentiunt non dubia conjectura, ſine flatu intumeſcente fluctu ſubitò, aut quatiente icti. Intremunt vero et in navibus poſita, æque quam in ædificiis, crepituque prænuntiant. Quin et volucres non impavidæ ſedentes. Eſt et in cælo ſignum, præceditque motu futuro, aut interdiu, aut paulo poſt occaſum ſereno, ceu tenuis linea nubis in longum porrectæ ſpatium. Eſt et in puteis turbidior aqua, nec ſine odoris tædio.

Vettii Marcelli equitis Romani, res Neronis procurantis.

Fiunt simul cum terræ motu et inundationes maris, eodem videlicet spiritu infusi, ac terræ residentis sinu recepti. Maximus terræ memoria mortalium exstitit motus, Tiberii Cæsaris principatu, XII. urbibus Asiæ una nocte prostratis. Creberrimus Punico bello, intrà eumdem annum septies atque quinquagies nuntiatus Romam. Quo quidem anno ad Trasymenum lacum dimicantes, maximum motum neque Pœni sensere, nec Romani.

ITALIA.

Italia est terra, omnium terrarum alumna, eadem et parens: numine Deum electa, quæ cælum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret, et tot populorum discordes ferasque linguas, sermonis commercio contraheret: colloquia, et humanitatem homini daret: breviterque, una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sed quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum, (quos quis attigerit?) tanta rerum singularum populorumque claritas tenet. Urbs Roma, vel sola in ea, et digna tam festa cervice facies, quo tandem

dem narrari debet opere? Qualiter Campaniæ ori per ſe, felixque illa ac beata amœnitas? Ut palam ſit, uno in loco gaudentis opus eſſe naturæ. Jam vero tanta ea vitalis ac perennis ſalubritatis cœli temperies, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſilvarum genera, tot montium adflatus, tanta frugum et vitium, olearumque fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium fontiumque ubertas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens undique: et tamquam ad juvandos mortales, ipſa avide in maria procurrens. Neque ingenia, ritusque, ac viros, et lingua manuque ſuperatas commemoro gentes. Ipſi de ea judicavere Græci, genus in gloriam ſuam effuſiſſimum: quotam partem ex ea adpellando Græciam magnam?

TIBERIS FLUMEN.

Tiberis antea Tybris adpellatus, et prius Albula, e media fere longitudine Apennini, finibus Aretinorum profluit: tenuis primo, nec niſi piſcinis corrivatus emiſſusque, navigabilis, ſicuti Tinia et Glanis influentes in eum, novenorum ita conceptu

tu dierum, ſi non adjuvent imbres. Sed Tiberis
pter aſpera et confragoſa, ne ſic quidem, præ-
quam trabibus verius, quam ratibus, longe mea-
is fertur, per centum quinquaginta millia paſ-
m non procul Tiferno, Perufiaque, et Ocriculo,
uriam ab Umbris ac Sabinis; mox citra trede-
millia paſſuum Urbis, Veientem agrum a Cru-
nino, dein Fidenatem Latinumque a Vaticano
imens: ſed infra Aretinum Glanim duobus et
draginta fluviis auctus, præcipuis autem Nare
Aniene, qui et ipſe navigabilis Latium includit
rgo: nec minus tamen aquis ac tot fontibus in
bem perductis: et ideo quamlibet magnarum
rium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe
centium mercator placidiſſimus, pluribus prope
us, quam ceteri in omnibus terris amnes, adco-
ir, adſpiciturque villis. Nullique fluviorum
nus licet, incluſis utrimque lateribus: nec tamen
e pugnat, quanquam creber ac ſubitis incremen-
, et nuſquam magis aquis, quam in ipſa Urbe,
gnantibus. Quin immo vates intelligitur potius
monitor, auctu ſemper religioſus verius, quam
rus.

PADUS

PADUS FLUMEN.

Padus gremio Veſuli montis, celſiſſimum in cacumen Alpium elati, finibus Ligurum Vagiennorum, viſendo fonte profluens, condensque ſeſe cuniculo, et in Forovibienſium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior: Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaëthontis illuſtratus: augetur ad Canis ortus liquatis nivibus: agris quamvis torrentior, nil tamen ex rapto ſibi vindicans; atque ubi liquit agros, ubertate largior: trecentis M. paſſ. a fonte addens meatu duodenonaginta; nec amnes tantum Apenninos Alpinoſque navigabiles capiens, ſed lacus quoque immenſos in eum ſeſe exonerantes, omni numero XXX. flumina in mare Adriaticum defert. Celeberrima ex iis, Apennini latere jactum Tanarum: Trebiam Placentinum: Tarum, Niciam, Gabellum, Scultennam, Rhenum: Alpium vero Sturam, Orgum, Durias duas, Seſſiten, Ticinum, Lambrum, Adduam, Ollium, Mincium. Nec alius amnium tam brevi ſpatio majoris incrementi eſt. Urgetur quippe aquarum mole, et in profundum agitur, gravis terræ, quamquam deductus in flumina et foſſas inter Ravennam Altinum-

Altinumque per CXX. M. paſſ. tamen qua largius vomit, ſeptem maria dictus facere.

NILUS FLUMEN.

Nilus incertis ortus fontibus, it per deſerta et ardentia: et immenſo longitudinis ſpatio ambulans, famaque tantum inermi quæſitu cognitus, ſine bellis, quæ ceteras omnes terras invenere. Originem (ut Juba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniæ, non procul oceano habet, lacu protinus ſtagnante, quem vocant Nilidem. Ibi piſces reperiuntur alabetæ, coracini, ſiluri. Crocodilus quoque inde ob argumentum hoc Cæſareæ in Iſeo dicatus ab eo ſpectatur hodie. Præterea obſervatum eſt, prout in Mauritania nives imbreſve ſatiaverint, ita Nilum increſcere. Ex hoc lacu profuſus indignatur fluere per arenoſa et ſqualentia, conditque ſe aliquot dierum itinere. Mox alio lacu majore, in Cæſarienſis Mauritaniæ gente Maſſæſylûm erumpit, et hominum cœtus veluti circumſpicit, iiſdem animalium argumentis: iterum arenis receptus conditur rurſus XX. dierum deſertis ad proximos Æthiopas: atque ubi iterum ſenſerit hominem, profilit, fonte (ut veriſimile eſt) illo, quem Nigrin

vocavere,

vocavere. Inde Africam ab Æthiopia diſpeſcens, etiamſi non protinus populis, feris tamen et belluis frequens, ſilvarumque opifex, medios Æthiopas ſecat, cognominatus Aſtapus; quod illarum gentium lingua ſignificat aquam e tenebris profluentem. Inſulas ita innumeras ſpargit, quaſdamque tam vaſtæ magnitudinis, ut quamquam rapida celeritate, tamen dierum quinque curſu non breviore tranſvolet: circa clariſſimam earum Meroën, Aſtaboras lævo alveo dictus, hoc eſt, ramus aquæ venientis e tenebris: dextro vero Aſtuſapes, quo latentis ſignificationem adjicit: nec ante Nilus, quam ſe totum aquis concordibus rurſus junxit. Sic quoque etiamnum Siris, ut ante, nominatus per aliquot millia, et in totum Homero Ægyptus, aliiſque Triton: ſubinde inſulis impactus, totidem incitatus irritamentis, poſtremo incluſus montibus, nec aliunde torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, noviſſimo catarracte inter occurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere. Poſtea lenis et confractis aquis, domitaque violentia, aliquid et ſpatio feſſus, multis quamvis faucibus, in Ægyptium mare ſe evomit. Certis tamen diebus auctu magno per totam ſpatiatus Ægyptum, fecundus innatat terræ.

Cauſas

Cauſas hujus incrementi varias prodidere: ſed maxime probabiles, Eteſiarum eo tempore ex adverſo flantium repercuſſum, ultra in ora acto mari: aut imbres Æthiopiæ æſtivos, iiſdem Eteſiis nubila illo ferentibus e reliquo orbe. Incipit creſcere Luna nova, quæcumque poſt ſolſtitium eſt, ſenſim modiceque Cancrum Sole tranſeunte, abundantiſſime autem Leonem. Et reſidit in Virgine, iiſdem, quibus adcrevit, modis. In totum autem revocatur intra ripas in Libra, ut tradit Herodotus, centeſimo die. Quum creſcit, reges aut præfectos navigare eo, nefas judicatum eſt. Auctûs per puteos menſuræ notis deprehenduntur. Juſtum incrementum eſt cubitorum XVI. Minores aquæ non omnia rigant: ampliores detinent, tardius recedendo. Hæ ferendi tempora abſumunt ſolo madente: illæ non dant ſitiente. Utrumque reputat provincia. In duodecim cubitis famem ſentit, in tredecim etiamnum eſurit: quatuordecim cubita hilaritatem adferunt: quindecim ſecuritatem: ſedecim delicias. Maximum incrementum ad hoc ævi fuit cubitorum decem et octo Claudio principe: minimum quinque, Pharſalico bello, veluti necem Magni prodigio quodam flumine averſante. Cum ſtetere aquæ, apertis molibus admittuntur. Ut quæque liberata eſt terra, ſeritur.

TAURUS

TAURUS MONS.

Vastum finum Taurus mons, ab Eois v
litoribus, Chelidonio promontorio diſtermina
menſus ipſe, et innumerarum gentium arbite
tro latere ſeptemtrionalis, ubi primum ab
mari exſurgit, lævo meridianus, et ad occaſu
dens: mediamque diſtrahens Aſiam, niſi opp
ti terras occurrerent maria. Refilit ergo a ſ
trione: flexusque immenſum iter quærit, v
induſtria rerum natura ſubinde æquora opp
hinc Phœnicium, hinc Ponticum, illinc C
et Hyrcanium, contraque Mæoticum lacum.
quetur itaque colliſus inter hæc clauſtra, et
victor, flexuoſus evadit usque ad cognata I
orum montium juga, numeroſis nominibus
vis, quacumque incedit, inſignis: Imaüs
parte dictus, mox Emodus, Paropamiſus, C
Chambades, Paryadres, Choatras, Oreges, (
des, Niphates, Taurus: atque ubi ſe quoq
ſuperat, Caucaſus: ubi brachia emittit, ſ
tentanti maria ſimilis, Sarpedon, Coraceſius,
gus, iterumque Taurus: etiam ubi dehiſcit,
populis aperit, portarum tamen nomine un

ndicans, quæ alibi Armeniæ, alibi Caſpiæ, Ciliciæ vocantur. Quin etiam confractus, ns quoque maria, plurimis ſe gentium nos hinc et illinc implet: a dextra Hyrcanius, s: a læva Paryadres, Moſchicus, Amazonioraxicus, Scythicus adpellatus. In universo Græce Ceraunius.

ANIMALIA.

HOMO.

ANIMANTIUM principium jure tribuetur homini, cujus cauſa videtur cuncta alia genuiſſe Natura, magnâſæva mercede contra tanta ſua munera: ut non ſit ſatis æſtimare, parens melior homini, an triſtior noverca fuerit*. Ante omnia unum animantium cunctorum, alienis velat opibus: ceteris varie tegumenta tribuit, teſtas, cortices, coria, ſpinas, villos, ſetas, pilos, plumam, pennas, ſquamas, vellera. Truncos etiam arboresque cortice, interdum gemino a frigoribus et calore tutata eſt. Hominem tantum nudum et in nuda humo, natali die abjicit ad vagitus ſtatim et ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lacrymas, et has protinus vitæ principio. At hercules riſus, præcox ille

* Hæc humanæ naturæ convicia a vera Philoſophia maxime abhorrent.

et

rrimus, ante quadrageſimum diem nulli da-
Ab hoc lucis rudimento, quæ ne feras quidem
nos genitas, vincula excipiunt, et omnium
rorum nexus: itaque feliciter natus jacet,
us pedibusque devinctis, flens animal ceteris
aturum: et a ſuppliciis vitam auſpicatur,
tantum ob culpam, quia natum eſt. Heu
tiam ab his initiis exiſtimantium, ad ſuper-
ſe genitos!
na roboris ſpes, primumque temporis munus
upedi ſimilem facit. Quando homini inceſſus?
o vox? quando firmum cibis os? quamdiu
ans vertex, ſummæ inter cuncta animalia im-
tatis indicium? Jam morbi, totque medici-
ntra mala excogitatæ, et hæ quoque ſubinde
tibus victæ. Cetera ſentire naturam ſuam,
ernicitatem uſurpare, alia præpetes volatus,
ire: hominem ſcire nihil ſine doctrina, non
on ingredi, non veſci: breviterque non aliud
e ſponte, quam flere. Itaque multi exſtitere,
n naſci optimum cenſerent, aut quam ocyſſi-
oleri.
i animantium luctus eſt datus, uni luxuria,
idem innumerabilibus modis, ac per ſingula
ra: uni ambitio, uni avaritia, uni immenſa

vivendi cupido, uni ſuperſtitio, uni ſepulturæ cu
atque etiam poſt ſe de futuro. Nulli vita fragili
nulli rerum omnium libido major, nulli pavor c
fuſior, nulli rabies acrior. Denique cetera ani
tia in ſuo genere probe degunt: congregari
mus, et ſtare contra diſſimilia. Leonum feritas
ter ſe non dimicat: ſerpentium morſus non
ſerpentes: ne maris quidem belluæ ac piſces,
in diverſa genera, ſæviunt. At hercules ho
plurima ex homine ſunt mala.

Misbret atque etiam pudet æſtimantem, q
ſit frivola animalium ſuperbiſſimi origo, cum pl
que abortus cauſa fiat odor a lucernarum exſti
His principiis naſcuntur tyranni, his carnifex
mus. Tu, qui corporis viribus fidis, tu qui fo
tunæ munera amplexaris, et te ne alumnum q
dem ejus exiſtimas, ſed partum: tu tamen cu
ſemper tinctoria eſt mens, tu qui te Deum cre
aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti: atq
etiam hodie minoris potes, quantulo ſerpentis ic
dente: aut etiam, ut Anacreon poëta, acino u
paſſæ: ut Fabius Senator Prætor, in lactis ha
uno pilo ſtrangulatus. Is demum profecto vita
æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis h
manæ memor fuerit.

Pro-

ROCERISSIMUM hominum ætas noſtra Divo
idio principe, Gabbaram nomine, ex Arabia
ctum, IX. pedum, et totidem unciarum vidit.
re ſub Divo Auguſto ſemipede addito, quorum
ora ejus miraculi gratia, in conditorio Salluſti-
um adſervabantur hortorum. Poſioni et Secun-
e erant nomina.
odem præſide minimus homo duos pedes
almum, Conopas nomine, in deliciis Juliæ
is ejus fuit: et mulier Andromeda liberta
æ Auguſtæ. Manium Maximum, et M. Tul-
; equites Romanos, binûm cubitorum fuiſſe,
or eſt M. Varro: et ipſi vidimus in loculis
vatos.

ERUNT Craſſum, avum Craſſi in Parthis inte-
i, numquam riſiſſe, ob id Agelaſtum vocatum:
nec fleſſe multos. Socratem clarum ſapientia
m ſemper viſum vultu, nec aut hilaro magis,
turbato. Exit hic animi tenor aliquando in
em quemdam, torvitatemque naturæ duram et
xibilem; adfectusque humanos adimit, quales
θεις Græci vocant, multos ejus generis experti;
lque mirum ſit, auctores maxime ſapientiæ,
genem Cynicum, Pyrrhonem, Heraclitum, Ti-

monem; hunc quidem etiam in totius odium ris humani evectum.

Corpore veſco, ſed eximiis viribus Trit in gladiatorio ludo, Samnitium armatura cel filiumque ejus militem Magni Pompeii, et et tranſverſos cancellatim toto corpore habui vos, in brachiis etiam manibusque, auctor eſt in prodigioſa virium elatione. Atque etiam ab eo ex provocatione dimicantem, inermi uno digito ſuperatum, et poſtremo corrept caſtra tranſlatum. At Vinnius Valens me prætorio Divi Auguſti centurio, vehicula cum onuſta, donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus penta adprehenſa una manu retinere, obnoxii tra nitentibus jumentis: et alia mirifica facer inſculpta monumento ejus ſpectantur. Id Varro: Ruſticellus, inquit, Hercules adpe mulum ſuum tollebat Fuſius: Salvius duo ce ria pondera pedibus, totidem manibus, et d ria duo humeris contra ſcalas ferebat. Nos q vidimus Athanatum nomine, prodigioſæ oſt onis, quingenario thorace plumbeo indutun thurnisque quingentorum pondo calciatum p nam ingredi. C. Milonem athletam, quum

ſt

titiſſet, nemo veſtigio educebat: malum tenenti nemo digitum corrigebat.

CUCURRISSE MCXL. ſtadia, ab Athenis Lacedæmonem, biduo Philippidem, magnum erat: donec Anyſtis curſor Lacedæmonius, et Philonides Alexandri Magni, a Sicyone Elin, uno die mille ducenta ſtadia cucurrerunt. Nunc quidem in Circo quosdam CLX. M. paſſuum tolerare non ignoramus. Nuperque Fonteio et Vipſanio Coſſ. annos VIII. genitum puerum a meridie ad veſperam LXXV. millia paſſuum cucurriſſe. Cujus rei admiratio ita demum ſolida perveniet, ſi quis cogitet nocte ac die longiſſimum iter vehiculis tribus, Tiberium Neronem emenſum, feſtinantem ad Druſum fratrem ægrotum in Germaniam: in eo fuerunt CC. millia paſſuum.

OCULORUM acies vel maxime fidem excedentia invenit exempla. In nuce incluſam Iliada Homeri carmen, in membrana ſcriptum, tradidit Cicero. Callicrates ex ebore formicas et alia tam parva fecit animalia, ut partes earum a ceteris cerni non poſſent. Myrmecides quidem in eodem genere inclaruit, a quo quadrigam ex eadem materia, quam

muſca integeret alis, fabricatam; et navem, quam apicula pennis abſconderet.

PATIENTIA corporis, ut eſt crebra ſors calamitatum, innumera documenta peperit. Clariſſimum in feminis, Leænæ meretricis, quæ torta non indicavit Harmodium et Ariſtogitonem tyrannicidas: in viris, Anaxarchi, qui ſimili de cauſa quum torqueretur, præroſam dentibus linguam, unamque ſpem indicii, in tyranni os exſpuit.

MEMORIA neceſſarium maxime vitæ bonum, cui præcipua haud facile dictu eſt, tam multis gloriam ejus adeptis. Cyrus rex omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddidit: L. Scipio, populo Romano: Cineas Pyrrhi regis legatus, Senatui et equeſtri ordini Romæ, poſtero die quam advenerat. Mithridates duarum et viginti gentium rex, totidem linguis jura dixit, pro concione ſingulas ſine interprete adfatus. Charmadas quidam in Græcia, quæ quis exegerat volumina in bibliothecis, legentis modo repræſentavit. Ars poſtremo ejus rei facta, et inventa eſt, a Simonide Melico, conſummata a Metrodoro Scepſio, ut nihil non iiſdem verbis redderetur auditum. Nec aliud eſt æque fragile in homine,

mine, morborum et caſus injurias atque etiam tus ſentiens, alias particulatim, alias univerſa. us lapide oblitus eſt litteras tantum. Ex prælto to lapſus, matris et adfinium, propinquorumque it oblivionem. Alius ægrotus, ſervorum etiam: vero nominis Meſſalla Corvinus orator. Itaque e deficere tentat, ac meditatur, vel quieto cor- e et valido. Somno quoque ſerpente amputatur, inanis mens quærat, ubi ſit loci.

FORTITUDO in quo maxime exſtiterit, immenſæ æſtionis eſt, utique ſi recipiatur poëtica fabuloſi- . M. Sergio, ut equidem arbitror, nemo quem- am hominum jure prætulerit: licet pronepos tilina gratiam nomini deroget. Secundo ſtipen- dextram manum perdidit: ſtipendiis duobus ter vicies vulneratus eſt: ob id neutra manu, neutro le ſatis utilis: uno tantum ſervo, plurimis poſtea endiis debilis miles. Bis ab Hannibale captus, que enim cum quolibet hoſte res fuit:) bis vin- orum ejus profugus, XX. menſibus nullo non in catenis aut compedibus cuſtoditus. Siniſtra nu ſola quater pugnavit, duobus equis inſidente ſuffoſſis. Dextram ſibi ferream fecit, eaque re- ata præliatus, Cremonam obſidione exemit, Pla-

Menandro in comico ſocco teſtimonium
gypti et Macedoniæ contigit, claſſe et
petito: majus ex ipſo, regiæ fortunæ
terarum conſcientia.

Perhibuere et Romani proceres etiam
ſtimonia. Cn. Pompeius confecto M
bello intraturus Poſidonii ſapientiæ profe
domum, fores percuti de more a lictore
faſces lictorios januæ ſubmiſit is, cui ſe
cidensque ſubmiſerat. Cato Cenſorius,
bili trium ſapientiæ procerum ab Athenis
audito Carneade, quamprimum legatos
dimittendos: quoniam illo viro argument
veri eſſet, haud facile diſcerni poſſet. Q
rum commutatio? Ille ſemper alioquin
ex Italia pellendos cenſuit Græcos: a
ejus, Uticenſis Cato, unum ex tribunat
philoſophum, alterum ex Cypria legati
tavit. Eamdemque linguam ex duobus

Divus Auguſtus carmina Virgilii cremari contra
menti ejus verecundiam vetuit: majusque ita
ti teſtimonium contigit, quam ſi ipſe ſua proba-
viſſet.

M. Varronis, in bibliotheca, quæ prima in orbe
b Aſinio Pollione ex manubiis publicata Romæ
ſt, unius viventis poſita imago eſt: haud minore
ut equidem reor) gloria, principe oratore et cive,
x illa ingeniorum, quæ tunc fuit, multitudine,
ni hanc coronam dante, quam quum eidem Ma-
nus Pompeius piratico ex bello navalem dedit.
numerabilia deinde ſunt exempla Romana, ſi per-
qui libeat: quum plures una gens in quocumque
nere eximios tulerit, quam ceteræ terræ.

Sed et quo te, M. Tulli, piaculo taceam? quo-
maxime excellentem inſigni prædicem? quo po-
s, quam univerſi populi illius gentis ampliſſimo
imonio, et e tota vita tua Conſulatus tantum
:ribus electis? Te dicente legem agrariam, hoc
alimenta ſua, abdicaverunt tribus: te ſuadente
ſcio theatralis auctori legis ignoverunt, notatas-
: ſe diſcrimine ſedis æquo animo tulerunt: te
nte, proſcriptorum liberos honores petere pu-
.t: tuum Catilina fugit ingenium: tu M. An-
ium proſcripſiſti. Salve primus omnium Parens

Patriæ

ne medicus crederetur, ſi umquam invalidus modo fuiſſet ipſe: et victor, ſuprema in ſenili lapſu ſcalarum exanimatus eſt.

UNUS hominum ad hoc ævi Felicis ſibi cognomen adſeruit L. Sylla, civili nempe ſanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatum. Et quibus felicitatis inductus argumentis? quod proſcribere tot millia civium ac trucidare potuiſſet. O prava interpretatio, et futuro tempore infelix! Non melioris ſortis tunc fuere pereuntes, quorum miſeremur hodie, quum Syllam nemo non oderit? Age, non exitus vitæ ejus, omnium proſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodente ſe ipſo corpore, et ſupplicia ſibi gignente?

DE ſpatio atque longinquitate vitæ hominum, non locorum modo ſitus, verum exempla, ac ſua cuique ſors naſcendi incertum fecere. Arganthonium Gaditanum octoginta annis regnaſſe prope certum eſt: putant quadrageſimo cœpiſſe. Maſiniſſam ſexaginta annis regnaſſe indubitatum eſt: Gorgiam Siculum centum et octo vixiſſe. Q. Fabius Maximus ſexaginta tribus annis Augur fuit. M. Perpenna, et nuper L. Voluſius Saturninus, omnium,

nium, quos in Conſulatu ſententiam rogaverant, perſtites fuere. Perpenna, ſeptem reliquit ex iis, os Cenſor legerat: vixit annos XCVIII. Qua re et illud adnotare ſuccurrit, unum omnino quinnium fuiſſe, quo Senator nullus moreretur: am Flaccus et Albinus Cenſores luſtrum condie, usque ad proximos cenſores, ab anno Urbis ngenteſimo ſeptuageſimo nono. M. Valerius rvinus C. annos implevit: cujus inter primum ſextum Conſulatum XLVI. anni fuere. Idem a curuli ſemel ac vicies ſedit, quoties nemo alius, uavit ejus vitæ ſpatium Metellus Pontifex.

NCERTUM ac fragile nimium eſt hoc munus naæ, quidquid datur nobis: malignum vero et ve etiam in his, quibus largiſſime contigit, uniſum utique ævi tempus intuentibus. Quid quod imatione nocturnæ quietis, dimidio quiſque ſpavitæ ſuæ vivit? Pars æqua morti ſimilis exigi, aut pœnæ, niſi contigit quies. Nec reputaninfantiæ anni, qui ſenſu carent: non ſenectæ in nam vivacis. Tot periculorum genera, tot mortot metus, tot curæ, toties invocata morte, ut llum frequentius ſit votum. Hebeſcunt ſenſus, mbra torpent, præmoritur viſus, auditus, inceſſus,

ceſſus, dentes etiam ac ciborum inſtrumenta: et tamen vitæ hoc tempus adnumeratur.

Aviola Conſularis in rogo revixit: et quoniam ſubveniri non potuerat prævalente flamma, vivus crematus eſt. Similis cauſa in L. Lamia Prætorio viro traditur. Ipſum cremare apud Romanos non fuit veteris inſtituti: terra condebantur. At poſquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc inſtitutum. Et tamen multæ familiæ priſcos ſervavere ritus: ſicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus. Idque eum voluiſſe, veritum talionem, eruto C. Marii cadavere. Sepultus vero intelligatur quoquo modo conditus: humatus vero humo contectus.

QUADRUPEDES.

ELEPHAS.

D reliqua tranſeamus animalia, et primum
terreſtria. Maximum eſt elephas, proximum-
humanis ſenſibus: quippe illis imperiorum
ientia, officiorumque, quæ didicere, memoria:
is, et gloriæ voluptas: immo vero (quæ etiam
ıomine rara,) probitas, prudentia, æquitas.
l ad docilitatem attinet, regem adorant, genua
ıittunt, coronas porrigunt. Indis arant mi-
ı, quos adpellant nothos.
ɔmæ juncti primum ſubiere currum Pompeii
ni Africano triumpho: quod prius India victa,
ıphante Libero Patre, memoratur. Procilius
t potuiſſe Pompeii triumpho junctos egredi
ı. Germanici Cæſaris munere gladiatorio,
dam etiam inconditos motus edidere, ſaltan-
modo. Vulgare erat, per auras arma jacere
anferentibus ventis, atque inter ſe gladiatorios
reſſus edere, aut laſciviente pyrrhiche collu-

dere: poſtea et per funes inceſſere, lecticis ferentes quaterni ſingulos puerperas inita pleniſque homine tricliniis adcubitum iere per ita libratis veſtigiis, ne quis potantium at retur.

Mirum in pleriſque animalium, ſcire, qua tantur: ſed et per cuncta quid caveant. El homine obvio forte in ſolitudine, et ſimp oberrante, clemens placidaſque etiam demo viam traditur. Idem veſtigio hominis animad priuſquam homine, intremiſcere inſidiarum ſubſiſtere ab olfactu, circumſpectare, iras pr nec calcare, ſed erutum proximo tradere, illu quenti, nuntio ſimili uſque ad extremum: e agmen circumagi, et reverti, aciemque dirigi: omnium odori durare virus illud, majore ex ne nudorum quidem pedum. Sic et tigris ſeris ceteris truculenta, atque ipſa elephanti q ſpernens veſtigia, hominis viſo transfere d protinus catulos. Quonam modo agnito? Ut te conſpecto illo, quem timet? Etenim tales minime frequentari certum eſt. Sane mir ipſam veſtigii nanitatem: ſed unde ſciunt time eſſe? Immo vero cur vel ipſius conſpectum pav tanto viribus, magnitudine, velocitate pra

ti

tiores? Nimirum hæc eſt natura rerum, hæc potentia ejus, ſæviſſimas ferarum maximaſque numquam vidiſſe quod debeant timere, et ſtatim intelligere, quum ſit timendum.

Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur. Ducit agmen maximus natu, cogit ætate proximus. Amnem tranſituri minimos præmittunt, ne majorum ingreſſu atterente alveum, creſcat gurgitis altitudo.

Adulteria non novere: nullave propter feminas inter ſe prælia, ceteris animalibus pernicialia: non quia deſit illis amoris vis: namque traditur unus tibiaſſe quamdam in Ægypto corollas vendentem: ac ne quis vulgariter electam putet, mire gratam Ariſtophani, celeberrimo in arte Grammatica. Alius Menandrum Syracuſanum incipientis juventæ in exercitu Ptolemæi, deſiderium ejus, quoties non videret, inedia teſtatus. Et unguentariam quamdam dilectam Juba tradit. Omnium amoris fuere argumenta, gaudium a conſpectu, blanditiæque inconditæ, ſtipeſque, quas populus dediſſet, ſervatæ, et in ſinum effuſæ. Nec mirum eſſe amorem, quibus ſit memoria. Idem namque tradit, agnitum in ſenecta, multos poſt annos, qui rector in juventa fuiſſet. Idem diviniationem quamdam juſtitiæ. Cum Bocchus rex triginta elephantis, totidem, in

quos ſævire inſtituerat, ſtipitibus adligatos obj[ecis]ſet, procurſantibus inter eos, qui laceſſer[ent] non potuiſſe effici, ut crudelitatis alienæ minis[tri] fungerentur.

Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi [re]bello, et boves Lucas adpellavit, in Lucanis vi[si] anno Urbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſec[un]do: Roma autem in triumpho, ſeptem annis [a] ſuperiorem numerum additis. Eadem plurimos [an]no quingenteſimo ſecundo, victoria L. Metelli Po[n]tificis in Sicilia de Pœnis captos. Centum qu[in]draginta duo fuere tranſvecti ratibus, quas dolia rum conſertis ordinibus impoſuerat. Verrius co[n]pugnaſſe in Circo, interfectoſque jaculis tradit pe[n]nuria conſilii: quoniam neque ali placuiſſet, neque donari regibus. L. Piſo inductos dumtaxat in Ci[r]cum, atque ut contemtus eorum increſceret, ab operariis haſtas præpilatas habentibus, per Circum totum actos. Nec, quid deinde iis factum ſit, auctores explicant, qui non putant interfectos.

Clara eſt unius e Romanis dimicatio adverſus elephantum, quum Hannibal captivos noſtros dimicare inter ſeſe coëgiſſet. Namque unum, qui ſupererat, objecit elephanto: et ille, dimitti pactus, ſi interemiſſet, ſolus in arena congreſſus, magno

Pœnorum

orum dolore, confecit. Hannibal, quum famam dimicationis contemtum adlaturam belluis ingeret, equites misit, qui abeuntem interficerent. ofcidem eorum facillime amputari, Pyrrhi præm experimentis patuit. Romæ pugnasse Fella tradit primum omnium in Circo; Claudii hri Ædilitate curuli, M. Antonio, A. Postu- Coss. anno Urbis sexcentesimo quinquagesimo to. Item post annos XX. Lucullorum Ædili- curuli adversus tauros. Pompeii quoque alte- onsulatu, dedicatione templi Veneris Victricis, iavere in Circo viginti, aut, ut quidam tra- , XVII. Gætulis ex adverso jaculantibus, bili unius dimicatione, qui pedibus confossis t genibus in catervas, abrepta scuta jaciens in me, quæ decidentia voluptati spectantibus erant bem circumacta, velut arte, non furore belluæ entur. Magnum et in altero miraculum fuit, ictu occiso. Pilum autem sub oculo adactum, talia capitis venerat. Universi eruptionem tene, non sine vexatione populi, circumdati claferreis. Qua de causa Cæsar Dictator, postea e spectaculum editurus, euripis arenam circum- : quos Nero princeps sustulit, equiti loca ad- . Sed Pompeiani amissa fugæ spe misericor-

diam vulgi inenarrabili habitu quærentes ſuppli
vere, quadam ſeſe lamentatione complorant
tanto populi dolore, ut oblitus Imperatoris, ac
nificentiæ honori ſuo exquiſitæ, ſteps univerſo
ſurgeret, diraſque Pompeio, quas ille mox
imprecaretur. Pugnavere et Cæſari Dictatori
Conſulatu ejus, viginti contra peditem quinqu
iterumque totidem turriti cum ſexagenis pro
toribus, eodem, quo priores, numero pedit
pari equitum ex adverſo dimicante: poſtea ſe
principibus Claudio et Neroni in conſummat
gladiatorum. Ipſius animalis tanta narratur
mentia contra minus validos, ut in grege pecu
occurrentia manu dimoveat, ne quod obtere
prudens: nec niſi laceſſiti noceant, ideoque gre
tim ſemper ambulent, minime ex omnibus ſoliv
Equitatu circumventi infirmos aut feſſos, vulne
toſve in medium agmen recipiunt: ac velut in
perio ac ratione, per vices ſubeunt. Capti celer
rime mitificantur hordei ſucco.

Capiuntur autem in India unum ex domit
agente rectore, qui deprehenſum ſolitarium, aber
tumve a grege, verberet ferum: quo fatigato
tranſcendit in eum, nec ſecus ac priorem regit.
Africa foveis capit, in quas deerrante aliquo, pro
tinus

manu ceteri congerunt ramos, moles devolvunt, greges conſtruunt, omnique vi conantur extrahere. Interea domitandi gratia, greges equitatu cogebant in convallem manu factam, et longo tractu fallacem: cujus incluſos ripis foſſiſque, fame domabant. Argumentum erat ramus, homine porrigente clementer acceptus. Nunc dentium cauſſa, pedes eorum jaculantur, alioquin molliſſimos. Troglodytæ contermini Æthiopiæ, qui hoc ſolo venatu vivuntur, arbores propinquas itineri eorum conſcendunt. Inde totius agminis noviſſimum ſpeculati, extremas in clunes deſiliunt. Læva adprehenditur cauda: pedes ſtipantur in ſiniſtro femine. Ita pendens alterum poplitem dextra cædit præacuta bipenni: hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis nervos ferit, cuncta præceleri pernicitate peragens. Alii tutiore genere, ſed magis fallaci, intentos intentes arcus defigunt humi longius. Hos præcipui viribus juvenes continent: alii connixi pari conatu intendunt, ac prætereuntibus ſagittarum venalia infigunt, mox ſanguinis veſtigiis ſequuntur. Elephantorum generis feminæ multo pavidiores.

Domantur autem rabidi, fame et verberibus, elephantis aliis admotis, qui tumultuantem catenis cerceant; et alias circa coïtus maxime efferantur,

et ſtabula Indorum dentibus ſternunt. Quapr
arcent eos coïtu, feminarumque pecuaria ſepa
quæ haud alio modo, quam armentorum hal
Domiti militant, et turres armatorum in h
ferunt, magnaque ex parte Orientis bella c
ciunt. Proſternunt acies, proterunt armatos. Ii
minimo ſuis ſtridore terrentur, vulneratique et
riti retro ſemper cedunt, haud minore partium
rum pernicie. Indicum Afri pavent, nec con
audent: nam et major Indicis magnitudo eſt.

Decem annis geſtare in utero vulgus exiſtim
Ariſtoteles biennio, nec amplius quam ſingu
vivere ducenis annis, et quoſdam trecenis. Ju
ta eorum a ſexageſimo incipit. Gaudent amn
maxime, et circa fluvios vagantur, cum alio
nare propter magnitudinem corporis non po
Iidem frigoris impatientes: maximum hoc mal
inflationemque et profluvium alvi, nec alia mo
rum genera ſentiunt. Olei potu tela, quæ cor
eorum inhæreant, decidere invenio: a ſudore a
facilius adhæreſcere. Et terram ediſſe his ta
cum eſt, niſi ſæpius mandant. Devorant autei
lapides. Truncos quidem gratiſſimo in cibatu
bent. Palmas excelſiores fronte proſternunt, a
jacentium abſumunt fructum. Mandunt ore:

rant et bibunt, odoranturque haud improprie adpellata manu. Animalium maxime odere murem: et ſi pabulum in præſepio poſitum attingi ab eo videre, faſtidiunt. Cruciatum in potu maximum ſentiunt hauſta hirudine, quam ſanguiſugam vulgo cœpiſſe adpellari adverto. Hæc ubi in ipſo animæ canali ſe fixit, intolerando adficit dolore.

Duriſſimum dorſo tergus, ventri molle, ſetarum nullum tegumentum: ne in cauda quidem præſidium abigendo tædio muſcarum (namque id et tanta vaſtitas ſentit): ſed cancellata cutis, et invitans id genus animalium odore. Ergo cum extenti recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehenſas enecant. Hoc iis pro cauda, juba, villo eſt.

Dentibus ingens pretium, et Deorum ſimulacris lautiſſima ex iis materia. Invenit luxuria commendationem et aliam, expetiti in callo manus ſaporis: haud alia de cauſſa, credo, quam quia ipſum ebur ſibi mandere videtur. Magnitudo dentium videtur quidem in templis præcipua. Sed tamen in extremis Africæ, qua confinis Æthiopiæ eſt, poſtium icem in domiciliis præbere: ſepeſque in iis et peorum ſtabulis, pro palis, elephantorum dentibus eri, Polybius tradidit, auctore Guluſſa regulo.

Elephantos

Elephantos fert Africa ultra Syrticas ſolit et in Mauritania: ferunt Æthiopes et Trogl ut dictum eſt: ſed maximos India, bella cum iis perpetua diſcordia dracones, tantæ tudinis et ipſos, ut circumplexu facili ar nexuque nodi perſtringent. Commoritur e catio; victuſque corruens, complexum elidi dere.

Mira animalium pro ſe cuique ſolertia eſt, una: Adſcendendi in tantam altitudinem di draconi: itaque iter ad pabula ſpeculatus, celſa ſe arbore injicit. Scit ille imparem ſib tum contra nexus: itaque arborum aut rup tritum quærit. Cavent hoc dracones, ob greſſus primum alligant cauda. Reſolvunt dos manu. At hi in ipſas nares caput co pariterque ſpiritum præcludunt, et molliſſim cinant partes: iidem obvii deprehenſi, in a erigunt ſe, oculoſque maxime petunt. Ita plerumque cœci, ac fame et mæroris tabe c reperiantur.

LEO.

Mirum pardos, pantheras, leones, et ſimilia, condito in corporis vaginas unguium mucrone, ne refringatur hebeteturve, ingredi: averſiſque falculis currere, nec niſi adpetendo protendere.

Leonum duo genera: compactile et breve, criſpioribus jubis. Hos pavidiores eſſe, quam longos ſimplicique villo. Urinam mares crure ſublato reddere, ut canes, gravem odore, nec minus halitum: raros in potu: veſci alternis diebus: a ſaturitate interim triduo cibis carere. Quæ poſſint, in mandendo ſolida devorare: nec capiente aviditatem alvo, conjectis in fauces unguibus extrahere: ut, ſi fugiendum in ſatietate, abeant. Vitam iis longam docet argumento, quod plerique dentibus defecti reperiantur. Polybius Æmiliani comes, in ſenecta hominem adpeti ab iis refert, quoniam ad perſequendas feras vires non ſuperant. Tunc obſidere Africæ urbes: eaque de cauſſa crucifixos vidiſſe ſe cum Scipione, quia ceteri metu pœnæ ſimilis abſterrerentur eadem noxa.

Leoni tantum ex feris clementia in ſupplices: proſtratis parcit; et ubi ſævit, in viros potius, quam

quam in feminas fremit: in infantes non nisi ma
na fame. Credit Libya intellectum pervenire
eos precum.

Leonum animi index cauda, sicut et equor
aures. Namque et has notas generosissimo cuiq
natura tribuit. Immota ergo placidus, clemen
blandientique similis, quod rarum est: crebr
enim iracundia. Ejus in principio terra verber
tur: incremento terga, ceu quodam incitamen
flagellantur. Vis summa in pectore. Ex om
vulnere, sive ungue impresso, sive dente, ater pr
fluit sanguis. Iidem satiati, innoxii sunt. Gen
rositas in periculis maxime deprehenditur: non in
illo tantummodo, quod spernens tela diu se terrore
solo tuetur, ac velut cogi testatur: cooriturque non
tamquam periculo coactus, sed tamquam amentiæ
iratus. Illa nobilior animi significatio: quamlibet
magna canum et venantium urgente vi, contemtim
restitansque cedit in campis, et ubi spectari potest:
idem ubi virgulta silvasque penetravit, acerrimo
cursu fertur, velut abscondente turpitudinem loco.
Dum sequitur, insilit saltu, quo in fuga non utitur.
Vulneratus observatione mira percussorem novit, et
in quantalibet multitudine adpetit.

Leonum simul plurium pugnam Romæ princeps
dedit

Q. Scævola P. filius in curuli Ædilitate.
um autem jubatorum primus omnium L. Sylla,
poſtea Dictator fuit, in Prætura. Poſt eum
peius Magnus in Circo DC. ac in iis jubato-
CCCXV. Cæſar Dictator CCCC.
apere eos, ardui erat quondam operis, foveiſ-
maxime. Principatu Claudii caſus rationem
it, pudendam pæne talis feræ nomine, paſtoris
uli ſago contra ingruentis impetum objecto:
l ſpectaculum in arenam protinus tranſlatum
vix credibili modo torpeſcente tanta illa feri-
quamvis levi injectu operto capite, ita ut de-
iatur non repugnans: videlicet omnis vis con-
in oculis. Quo minus mirum ſit, a Lyſimacho
xandri juſſu ſimul incluſo ſtrangulatum leonem.
ago ſubdidit eos, primuſque Romæ ad currum
tit M. Antonius, et quidem civili bello, cum
icatum eſſet in Pharſalicis campis: non ſine
dam oſtento temporum, generoſos ſpiritus jugum
ire illo prodigio ſignificante: nam quod ita
ns eſt cum mima Chyteride, ſupra monſtra
m illarum calamitatum fuit. Primus autem ho-
ium leonem manu tractare auſus, et oſtendere
ıſuefactum, Hanno e clariſſimis Pœnorum tra-
ır: damnatuſque illo argumento; quoniam nihil
non

non perſuaſurus vir tam artificis ingenii videbatur, et male credi libertas ei, cui in tantum cel[ebrata] etiam feritas.

Sunt vero et fortuita eorum quoque clem[entiae] exempla. Mentor Syracuſanus in Syria leone ob[vio] ſuppliciter volutante, attonitus pavore, cum [re]fugienti undique fera opponeret ſeſe, et vellet [ad]beret adulanti ſimilis, animadvertit in pede [ei] tumorem vulnuſque, et extracto furcilla [li]cruciatu. Pictura caſum hunc teſtatur Syra[cuſanum]. Simili modo Elpis Samius miſſione, in Afri[ca] delatus nave, juxta litus confecto leone libi[di]naci, arborem fuga petit, Libero Patre invocato; quoniam tum præcipuus votorum locus eſt, cui ſpei nullus eſt. Neque profugienti, quum potiretur, fera inſtiterat: et procumbens ad arborem, hiatu, quo terruerat, miſerationem quærebat. Os morſu avidiore inhæſerat dentibus, cruciabatque inedia; tum pœna in ipſis ejus telis, ſuſpectantem, ac vultu mutis precibus orantem: dum fortuitu fidens non eſt contra feram, multo diutius miraculo, quam metu, ceſſatum eſt. Degreſſus tandem evellit prabenti, et quam maxime opus eſſet, adcommodatit. Traduntque, quamdiu navis ea in litore ſteterit, retuliſſe gratiam venatus aggerendo. Qua de cauſſa

Libero

cedere audeat. Tandem et aliquos invenit, pau
timque comitatior, poſtremo greges adducit inn
meros, jam vetuſtiſſimis quibuſque adſuetis piſca
rem agnoſcere, et e manu cibum rapere. Tu
ille paulum ultra digitos in eſca jaculatus hamu
ſingulos involat verius, quam capit, ab uml
navis brevi conatu rapiens, ita ne ceteri ſentia
alio intus excipiente centonibus raptum, ne palp
tatio ulla aut ſonus ceteros abigat. Conciliatore
no

ſe ad hoc prodeſt, ne capiatur, fugituro in reli-
ım grege. Ferunt diſcordem ſocium duci inſi-
:um pulcre noto, cepiſſeque malefica voluntate:
itum in macello a ſocio, cujus injuria erat: et
ıni formulam editam, condemnatumque addidit
cianus æſtimata lite. Iidem anthiæ, quum
ım hamo teneri viderint, ſpinis, quas in dorſo
atas habent, lineam ſecare traduntur: eo qui
:tur, extendente, ut præcidi poſſit. At inter
;os, ipſe qui tenetur, ad ſcopulos lineam terit.

PISCIUM VIVARIA.

)STREARUM vivaria primus omnium Sergius
.ta invenit in Baiano, ætate L. Craſſi Oratoris,
: Marſicum bellum: nec gulæ cauſa, ſed ava-
e, magna vectigalia tali ex ingenio ſuo perci-
ıs, ut qui primus penſiles invenerit balineas,
mangonizatas villas ſubinde vendendo. Is pri-
ı optimum ſaporem oſtreis Lucrinis adjudicavit,
ndo eadem aquatilium genera aliubi atque ali-
meliora: ſicut lupi piſces in Tiberi amne inter
s pontes, rhombus Ravennæ, muræna in Sici-
elops Rhodi: et alia genera ſimiliter, ne cu-

pores, nuper excogitatum, famem
tionis a Brundiſio compaſcere in Luc

Eadem ætate prior Licinius Mur
rum piſcium vivaria invenit: cujus
plum nobilitas ſecuta eſt, Philippi, I
cullus exciſo etiam monte juxta Ne
impendio, quam villam exædificave
et maria admiſit: qua de cauſa Mag
Xerxen togatum eum adpellabat. Qu
piſcinæ a defuncto illo veniere piſces

Murænarum vivarium privatim
Hirrius ante alios, qui cœnis triumj
ris Dictatoris, ſex millia numero mu
tuo adpendit. Nam permutare quic
luit, aliave merce. Hujus villam ir

æ, quam diligebat, inaures addidit: cujus propter famam nonnulli Baulos videre concupiverunt.

Cochlearum vivaria inſtituit Fulvius Hirpinus n Tarquinienſi, paulo ante civile bellum, quod um Pompeio Magno geſtum eſt, diſtinctis quidem eneribus earum, ſeparatim ut eſſent albæ, quæ n Reatino agro naſcuntur: ſeparatim Illyricæ, uibus magnitudo præcipua: Africanæ, quibus ecunditas: Solitanæ, quibus nobilitas. Quin et aginam earum commentus eſt, ſapa et farre, aliiſque generibus, ut cochleæ quoque altiles ganeam implerent: cujus artis gloria in eam magnitudinem perducta ſit, ut octoginta quadrantes caperent ingularum calices. Auctor eſt M. Varro.

AVES.

STRUTHIOCAMELU

SEQUITUR natura avium, quarum gra et pæne beſtiarum generis, ſtruthiocame ci vel Æthiopici, altitudinem equitis in equo excedunt, celeritatem vincunt: ad h mum datis pennis, ut currentem adjuvent: non ſunt volucres, nec a terra tolluntur. U iis cervinis ſimiles, quibus dimicant, biſu comprehendendis lapidibus utiles, quos i contra ſequentes ingerunt pedibus. Conc ſine delectu devorata mira natura: ſed non ſtoliditas, in tanta reliqui corporis altitudin colla frutice occultaverunt, latere ſeſe exi tium. Præmia ex iis ova, propter amplit pro quibuſdam habita vaſis, conoſque bell galeas adornantes pennæ.

AQUILA.

AQUILÆ maximus honos, maxima et vi earum genera: Melanaetos a Græcis dicta,

ue Valeria, minima magnitudine, viribus præcia, colore nigricans: ſola aquilarum fetus ſuos it: ceteræ, ut dicemus, fugant: ſola ſine clanore, ſine murmuratione. Converſatur autem in ontibus. Secundi generis pygargus in oppidis anſitat et in campis, albicante cauda. Tertii orphnos, quam Homerus et percnon vocat, alii et plancum, et anatariam, ſecunda magnitune et vi: huicque vita circa lacus. Phemonoe pollinis dicta filia, dentes ei eſſe prodidit, mutæ ias, carentique lingua: eamdem aquilarum nirimam prominentiore cauda. Conſentit et Bœus. genium eſt ei, teſtudines raptas frangere e ſubli i jaciendo: quæ ſors interemit Pœtam Æſchym, prædictam fatis (ut ferunt) ejus diei ruinam cura cæli fide caventem. Quarti generis eſt percpterus: eadem oripelargus, vulturina ſpecie, alis inimis, reliqua magnitudine antecellens, ſed imllis et degener, ut quam verberet corvus. Eam jejunæ ſemper aviditatis, et querulæ murmutionis. Sola aquilarum exanima fert corpora: teræ, cum occidere, confidunt. Hæc facit, ut intum genus γνησιον vocetur, velut verum, ſomque incorruptæ originis, media magnitudine, lore ſubrutilo, rarum conſpectu. Supereſt haliae-

tos,

tos, clariſſima oculorum acie, librans ex
viſoque in mari piſce, præceps in eum
diſcuſſis pectore aquis rapiens. Illa, qua
fecimus, circa ſtagna aquaticas aves adj
gentes ſe ſubinde, donec ſopitas laſſataſq
Spectanda dimicatio, ave ad perfugia lit
dente, maxime ſi condenſa arundo ſit: a
ictu abigente alæ, et cum adpetit, in
dente: umbramque ſuam nanti ſub aqu
oſtendente: rurſus ave in diverſo, et ul
ſe credat exſpectari, emergente. Hæc
gatim avibus natandi, quia plures ſimu
feſtantur, reſperſu pennarum hoſtem ob
Sæpe et aquilæ ipſæ non tolerantes pond
henſum, una merguntur. Quidam adji
nus aquilæ, quam barbatam vocant: T
oſſifragam.

Nidificant in petris et arboribus: pariu
terna: excludunt pullos binos: viſi ſu
aliquando. Alterum expellunt tædio
Quippe eo tempore ipſis cibum negavit
proſpiciens ne omnium ferarum fetus ra
Ungues quoque earum invertuntur diebu
beſcunt inedia pennæ, ut merito partus
rint. Verum adultos quoque perſequitu

onge fugat, æmulos ſcilicet rapinæ. Et alio-
unum par aquilarum magno ad populandum
tu, ut ſatietur, indiget. Determinant ergo
ia, nec in proximo prædantur. Rapta non
inus ferunt, ſed primo deponunt: expertæque
dus, tunc demum abeunt. Oppetunt non
o, nec ægritudine, ſed fame, in tantum ſupe-
e accreſcente roſtro, ut aduncitas aperiri non
it. A meridiano autem tempore operantur,
olant: prioribus horis diei, donec impleantur
inum conventu fora, ignavæ ſedent.
rimo et ſecundo generi non minorum tantum
drupedum rapina, ſed etiam cum cervis prælia.
ltum pulverem volutatu collectum, inſidens cor-
is excutit in oculos, pennis ora verberans,
ec præcipitet in rupes. Nec unus hoſtis illi
i eſt: acrior eſt cum dracone pugna, multoque
gis anceps, etiamſi in aere. Ova hic conſectatur
ilæ aviditate malefica: at illa ob hoc rapit
cumque viſum. Ille multiplici nexu alas ligat,
ſe implicans, ut ſimul decidat.

ACCIPITER.

ACCIPITER.

Accipitrum genera ſedecim invenimus. Diſtinctio generum ex aviditate. Alii non niſi ex terra rapiunt avem: alii non niſi circa arbores volitantem: alii ſedentem in ſublimi: aliqui volantem in aperto. Itaque et columbæ novere ex iis pericula, viſoque confidunt, vel ſubvolant, contra naturam ejus auxiliantes ſibi. In inſula Africæ Cerne in Oceano accipitres totius Maſæſyliæ humi fetificant: nec alibi naſcuntur, illis adſueti gentibus.

In Thraciæ parte ſuper Amphipolim homines atque accipitres ſocietate quadam aucupantur. Hi ex ſilvis et arundinetis excitant aves: illi ſupervolantes deprimunt. Rurſus captas aucupes dividunt cum iis. Traditum eſt, miſſas in ſublime ſibi excipere eos: et cum tempus ſit capturæ, clanglore ac volatus genere invitare ad occaſionem.

Milvi ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notatum in his, rapaciſſimam et famelicam ſemper alitem nihil eſculenti rapere umquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara. Ac ne ferentium quidem manibus, niſi lugubri municipiorum

Piorum immolantium oſtento. Iidem videntur artem gubernandi docuiſſe caudæ flexibus, in cælo monſtrante Natura, quod opus eſſet in profundo. Milvi et ipſi hibernis menſibus latent, non tamen ante hirundinem abeuntes.

CORNIX ET CORVUS.

Aduncos ungues habentia, carne tantum veſcuntur ex parte magna. Cornices et alio pabulo: ut quæ duritiam nucis roſtro repugnantem, volantes in altum in ſaxa tegulaſve jaciunt iterum ac ſæpius, donec quaſſatam perfringere queant. Ipſa ales eſt inauſpicatæ garrulitatis, a quibuſdam tamen laudata. Præterea ſola hæc etiam volantes pullos aliquamdiu paſcit.

Ceteræ omnes ex eodem genere pellunt nidis pullos, ac volare cogunt, ſicut et corvi: qui ipſi non carne tantum aluntur, ſed robuſtos quoque fetus ſuos fugant longius. Itaque parvis in vicis non plus bina conjugia ſunt: circa Cranonem quidem Theſſaliæ ſingula perpetuo; genitores ſoboli loco cedunt.

NOCTUA.

NOCTUA.

Uncos ungues et nocturnæ aves l
noctuæ, bubo, ululæ. Omnium hor
interdiu oculi. Bubo funebris, et maxi
natus publicis præcipue auſpiciis, deſe
nec tantum deſolata, ſed dira etiam et
noctis monſtrum, nec cantu aliquo v
gemitu. Itaque in urbibus aut omni
viſus, dirum oſtentum eſt. Privatoru
inſidentem plurimum ſcio non fuiſſe fera
numquam, quo libuit, ſed tranſverſu
Capitolii cellam ipſam intravit Sex. Palp
L. Pedanio Coſſ. propter quod Nonis M
luſtrata eſt eo anno.

Noctuarum contra aves ſolers dimicat
circumdatæ multitudine, reſupinæ pedi
nant, collectæque in arctum, roſtro e
totæ teguntur.

PICA.

Sunt et parvæ aves uncorum unguiu
Martio cognomine inſignes, et in auſpic

huo in genere arborum cavatores ſcandentes in abrectum felium modo: illi vero ſupini, percuſſi ortices ſono, pabulum ſubeſſe intelligunt. Pullos a cavis educant avium ſoli.

Ipſi principales Latio ſunt in auguriis, a rege, ui nomen huic avi dedit. Unum eorum præſcium tranſire non quee. In capite Prætoris urbani Elii Tuberonis, in foro jura pro tribunali reddens, ſedit ita placide, ut manu prehenderetur. eſpondere vates, exitium imperio protendi, ſi diutteretur: at ſi exanimaretur, Prætori. Et ille rem protinus concerpſit: nec multo poſt implevit rodigium.

Uncos ungues habentes omnino non congregantr, et ſibi quæque prædantur. Sunt autem omes fere altivolæ, præter nocturnas: et magis, ajores. Omnibus alæ grandes, corpus exiguum. imbulant difficulter. In petris raro conſiſtunt, urvatura unguium prohibente.

PAVO.

Nunc de ſecundo genere dicamus, quod in duas ividitur ſpecies, oſcines, et alites: illarum generi

neri cantus oris, his magnitudo differe
itaque præcedent et ordine: omneſque
his pavonum genus, cum forma, tu
ejus et gloriæ.

Gemmantes laudatus expandit colo
maxime Sole, quia ſic fulgentius radi
umbræ quoſdam repercuſſus ceteris, qu
co clarius micant, conchata quærit cau
que in acervum contrahit pennarum, q
gaudet, oculos. Idem cauda annuis vi
cum foliis arborum, donec renaſcatur
flore, pudibundus ac mærens quærit
Vivit annis xxv. Colores incipit fund
matu.

Pavonem cibi gratia Romæ primus o
tor Hortenſius, aditiali cœna ſacerdotii.
primus inſtituit circa noviſſimum piratic
M. Aufidius Lurco, exque eo quæſtu rec
tium ſexagena millia habuit.

G A L L U S.

Proxime gloriam ſentiunt et hi no
nocturni, quos excitandis in opera n
rumpendoque ſomno Natura genuit. N

fa, et ternas diſtinguunt horas interdiu cantu. Cum Sole eunt cubitum, quartaque caſtrenſi vigilia ad curas laboremque revocant. Nec Solis ortum incautis patiuntur obrepere: diemque venientem nuntiant cantu, ipſum vero cantum plauſu laterum. Imperitant ſuo generi, et regnum in quacumque ſunt domo, exercent. Dimicatione paritur hoc quoque inter ipſos, velut ideo tela agnata cruribus ſuis intelligentes: nec finis ſæpe commorientibus. Quod ſi palma contingit, ſtatim in victoria canunt, ſeque ipſi principes teſtantur. Victus occultatur ſilens, ægreque ſervitium patitur. Et plebs tamen æque ſuperba, graditur ardua cervice, criſtis celſa: cælumque ſola volucrum adſpicit crebro, in ſublime caudam quoque falcatam erigens. Jam ex his quidam ad bella tantum et prælia afidua naſcuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum, aut Tanagram. Secundus eſt honos habitus Melicis, et Chalcidicis, ut plane dignæ aliti tantum honoris præbeat Romana purpura. Horum ſunt tripudia ſoliſtima. Hi magiſtratus noſtros quotidie regunt, domoſque ipſis ſuas claudunt aut reſerant: hi faſces Romanos impellunt aut retinent, jubent acies aut prohibent, victoriarum omnium

toto orbe partarum auſpices: hi maxime imperio imperant.

Definunt canere caſtrati: quod duobus lumbis aduſtis candente ferro, aut imis mox hulcere oblito figlina creta: facilius gueſcunt. Pergami omnibus annis ſp gallorum publice editur, ceu gladiatorum

ANSER.

Et anſeri vigil cura, Capitolio teſtat per id tempus canum ſilentio proditis rebu ob cauſam cibaria anſerum Cenſores in p cant. Poteſt et ſapientiæ videri intellectu Ita comes perpetuo adhæſiſſe Lacydi P dicitur, nuſquam ab eo, non in publico balneis, non noctu, non interdiu digreſſu

Noſtri ſapientiores, qui eos jecoris bon vere. Fartilibus in magnam amplitudinem exemtum quoque lacte mulſo augetur. cauſa in quæſtione eſt, quis primus tantu invenerit, Scipione Metellus, vir Conſu M. Seius, eadem ætate, eques Rom. S conſtat) Meſſalinus Cotta, Meſſalæ Orato

lmas pedum ex his torrere, atque patinis cum linaceorum criſtis condire reperit. Tribuetur m a me culinis cujuſque palma cum fide. Mi- i in hac alite, a Morinis uſque Romam pedi- venire. Feſſi proferuntur ad primos: ita ce- ſtipatione naturali propellunt eos. Candido- i alterum vectigal in pluma. Velluntur qui- lam locis bis anno. Rurſus plumigeri veſtiun- : mollior, quæ corpori proxima: et e Germa- laudatiſſima. Candidi ibi, verum minores, tæ vocantur. Pretium plumæ eorum, in libras irii quini. Et inde crimina plerumque auxilio- præfectis, a vigili ſtatione ad hæc aucupia di- is cohortibus totis. Eoque deliciæ proceſſere, ne hoc inſtrumento durare jam ne virorum qui- cervices poſſint.

TETRAO.

RCET tetraonas ſuus nitor, abſolutaque nigri- in ſuperciliis cocci rubor. Alterum eorum is vulturum magnitudinem excedit, quorum et rem reddit. Nec ulla ales, excepto ſtruthio- elo, majus corpore implens pondus, in tan-

tum aucta, ut in terra quoque immobilis prehendatur. Gignunt eos Alpes, et ſeptemtrionalis regio. In aviariis ſaporem perdunt. Moriuntur contumacia ſpiritu revocato. Proximæ eis ſunt, quas Hiſpania aves tardas adpellat, Græcia otidas, damnatas in cibis. Emiſſa enim oſſibus medulla, odoris tædium extemplo ſequitur.

GRUS.

Immensus eſt tractus, quo veniunt, ſi quis reputet a mari Eoo. Quando proficiſcantur conſentiunt: volant ad proſpiciendum alte: ducem, quem ſequantur, eligunt: in extremo agmine per vices, qui adclament, diſpoſitos habent, et qui gregem voce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus. Ceteræ dormiunt capite ſubter alam condito, alternis pedibus inſiſtentes. Dux erecto providet collo, ac prædicit. Eædem manſuefactæ laſciviunt, gyroſque quoſdam indecoro curſu vel ſingulæ peragunt. Certum eſt, Pontum tranſvolaturas, primum omnium anguſtias petere, inter duo promontoria Criumetopon, et Carambin: mox ſaburra ſtabiliri. Cum medium tranſierint, abjici

jici lapillos e pedibus: cum attigerint continen-
m, et e gutture arenam.

CICONIA.

Ciconiæ quonam e loco veniant, aut quo ſe
rant, incompertum adhuc eſt. E longinquo
ire non dubium, eodem quo grues modo: illas
mis, has æſtatis advenas. Abituræ congregan-
in loco certo: comitatæque ſic, ut nulla ſui
eris relinquatur, niſi captiva et ſerva, ceu lege
dicta die recedunt. Nemo vidit agmen diſce-
ium, quum diſceſſurum adpareat: nec venire,
veniſſe cernimus: utrumque nocturnis fit tem-
bus. Et quamvis ultra citrave pervolent, num-
m tamen adveniſſe uſquam, niſi noctu, exiſti-
tur. Pythonos comen vocant in Aſia patenti-
campis, ubi congregatæ inter ſe commurmu-
, eamque quæ noviſſima advenit, lacerant, at-
ita abeunt. Notatum, poſt Idus Auguſtas non
re viſas ibi. Honos iis ſerpentium exitio tan-
ut in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe; eadem-
legibus pœna, quæ in homicidam.
mili anſeres quoque et olores ratione comme-

ant: ſed horum volatus cernitur: liburnicarum modo roſtrato impetu feruntur, facilius ita findentes aera, quam ſi recta fronte impellerent: a tergo ſenſim dilatante ſe cuneo porrigitur agmen, largeque impellenti præbetur auræ. Colla imponunt præcedentibus: feſſos duces ad terga recipiunt. Ciconiæ nidos eoſdem repetunt: genitricum ſenectam invicem educant.

HIRUNDO.

ABEUNT hirundines hibernis menſibus, ſola carne veſcens avis ex iis, quæ aduncos ungues non habent: ſed in vicina abeunt, apricos ſecutæ montium receſſus: inventæque jam ſunt ibi nudæ atque deplumes. Cæcina Volaterranus equeſtris ordinis, quadrigarum dominus, comprehenſas in Urbem ſecum auferens, victoriæ nuntias amicis mittebat, in eumdem nidum remeantes, illito victoriæ colore. Tradit et Fabius Pictor in Annalibus ſuis, quum obſideretur præſidium Romanum a Liguſtinis, hirundinem a pullis ad ſe adlatam: ut lino ad pedem ejus adligato nodis ſignificaret, quoto die adveniente auxilio eruptio fieri deberet.

Volucrum

olucrum ſoli hirundini flexuoſi volatus velox itas: quibus ex cauſis neque rapinæ ceterarum n obnoxia eſt. Ea demum ſola avium nonn volatu paſcitur.

dum hirundines luto conſtruunt, ſtramento ant. Si quando inopia eſt luti, madefactæ a aqua pennis pulverem ſpargunt. Ipſum vero n mollibus plumis flocciſque conſternunt teiendis ovis, ſimul ne durus ſit infantibus pulſn fetu ſumma æquitate alternant cibum. Noi munditia egerunt excrementa pullorum: adulſque circumagi docent, et foris ſaturitatem emit-

Alterum genus hirundinum eſt ruſticarum et lium, quæ raro in domibus, diverſos figura, eadem materia, confingunt nidos, totos ſupifaucibus porrectis in anguſtum, utero capaci: m qua peritia et occultandis habiles pullis, et ernendis molles. In Ægypti Heracleotico oſtio m continuatione nidorum evaganti Nilo inexabilem opponunt ſtadii fere unius ſpatio: humano opere perfici non poſſet. In eadem oppidum Copton inſula eſt ſacra Iſidi, quam ceret amnis idem, muniunt opere, incipientiernis diebus, palea et ſtramento roſtrum ejus ntes continuatis per triduum noctibus tanto

labore, ut multas in opere emori conſtet. militia illis cum anno redit ſemper. Terti earum genus, quæ ripas excavant, atque ita nidificant.

LUSCINIA.

Luscinиis diebus ac noctibus continuis cim garrulus ſine intermiſſu cantus, deni frondium germine, non in noviſſimum dign tu ave. Primum tanta vox tam parvo in culo, tam pertinax ſpiritus. Deinde in ui fecta muſicæ ſcientia modulatus editur ſoi nunc continuo ſpiritu trahitur in longum variatur inflexo, nunc diſtinguitur conciſo, latur intorto: promittitur revocato, infuſc inopinato: interdum et ſecum ipſe mur plenus, gravis, acutus, creber, extentus: ſum eſt, vibrans, ſummus, medius, imus. terque omnia tam parvulis in faucibus, quæ ſitis tibiarum tormentis ars hominum exco ut non ſit dubium, hanc ſuavitatem præn tam efficaci auſpicio, quum in ore Steſichc niț infantis. Ac ne quis dubitet artis eſſe,

ſingulis ſunt cantus, nec iidem omnibus, ſed ſui cuique. Certant inter ſe, palamque animoſa contentio eſt. Victa morte finit ſæpe vitam, ſpiritu prius deficiente, quam cantu. Meditantur aliæ juniores, verſuſque, quos imitentur, accipiunt. Audit diſcipula intentione magna, et reddit: vicibuſque reticent. Intelligitur emendatæ correptio, et in docente quædam reprehenſio. Ergo ſervorum illis pretia ſunt: et quidem ampliora, quam quibus olim armigeri parabantur. Scio ſeſtertiis ſex, candidam alioquin, quod eſt prope inuſitatum, veniſſe, quæ Agrippinæ Claudii Principis conjugi dono daretur. Viſum jam ſæpe, juſſas canere cœpiſſe, et cum ſymphonia alternaſſe: ſicut homines repertos, qui ſonum earum, addita in tranſverſas arundines aqua, foramen inſpirantes, linguæque parva aliqua oppoſita mora, indiſcreta redderent ſimilitudine. Sed eæ tantæ tamque artifices argutiæ a quindecim diebus paulatim deſinunt, nec ut fatigatas poſſis dicere, aut ſatiatas. Mox æſtu aucto in totum alia vox fit, nec modulata, aut varia. Mutatur et color. Poſtremo hieme ipſa non cernitur. Linguis earum tenuitas illa prima non eſt, quæ cæteris avibus. Pariunt vere primo quum plurimum ſena ova.

PERDIX.

PERDIX.

Perdices ſpina et frutice ſic mu
culum, ut contra feras abunde val
ſtragulum molle pulvere contumulant
loco peperere, incubant: neve cui fr
verſatio ſit ſuſpecta, transferunt ali
dem et maritos ſuos fallunt, quonian
tia libidinis frangunt earum ova, ne
tineantur. Capiuntur quoque pugna
libidinis, contra aucupis indicem ex
lium duce totius gregis. Capto eo
ac ſubinde ſinguli. Rurſus circa con
næ capiuntur, contra aucupum femi
ut rixando abigant eam. Adeoque
etiam fetus caritatem, ut illa furtim
incubans, quum ſenſit feminam auc
tem ad marem recanat revocetque,
beat ſe libidini. Rabie quidem tant
in capite aucupantium ſæpe cæcæ
Si ad nidum is cœpit accedere, procu
ejus feta, prægravem aut delumbem
ſubitoque in procurſu aut brevi aliqu
fracta aut ala aut pedibus: procurrit

prehenſurum effugiens, ſpemque fruſtrans, donec liverſum abducat a nidis. Eadem pavore li-, ac materna vacans cura, in ſulco reſupina a ſe terræ pedibus apprehenſa operit.

COLUMBA.

.s his columbarum maxime ſpectantur ſimili ɔne mores iidem: ſed pudicitia illis prima, et :ri nota adulteria. Conjugii fidem non violant, mnnemque ſervant domum. Niſi cœlebs aut ıa, nidum non relinquit. Et imperioſos mares, nde etiam iniquos, ferunt: quippe ſuſpicio eſt terii, quamvis natura non ſit. Tunc plenum :ela guttur, ſævique roſtro ictus, mox in ſatiſ- one exoſculatio, et circa Veneris preces crebris ım orbibus adulatio. Amor utrique ſobolis alis: ſæpe et ex hac cauſa caſtigatio, pigrius ante femina ad pullos. Parturienti ſolatia et iſteria ex mare. Pullis primo ſalſiorem terram :ctam gutture in ora inſpuunt, præparantes peſtivitatem cibo. Proprium generis ejus et urum, quum bibant, colla non reſupinare, eque bibere jumentorum modo.

Vivere

Vivere palumbes ad XXX. annu
XL. habemus auctores, uno tantu
unguium, eodem et argumento ſen
perniciem reciduntur. Cantus omni
que idem, trino conficitur verſu,
clauſula gemitu: hieme mutis, a v
Columbæ et turtures octonis annis vi

Verum columbis ineſt quidam et g
tus. Noſſe credas ſuos colores, vari
poſitam: quia etiam ex volatu qua
in cælo, varieque ſulcare. Qua i
ut vinctæ, præbentur accipitri, imp
pennis, qui non niſi ipſis alarum h
tur: alioqui ſoluto volatu in mult
Speculatur occultus fronde latro, et
ipſa gloria rapit.

Quin et internuntiæ in rebus
epiſtolas annexas earum pedibus ob
nenſi in caſtra Conſulum Decimo B
Quid vallum, et vigil obſidio, atqu
amne prætenta profuere Antonio, pe
nuntio? Et harum amore inſaniunt
tecta exædificant turres iis, nobilitat
larum et origines narrant, vetere jam
Axius eques Romanus ante bellum

ianum denariis quadringentis ſingula paria venditavit, ut M. Varro tradit. Quin et patriam nobilitavere, in Campania grandiſſimæ provenire exiſtimatæ.

AVIUM INCESSUS ET VOLATUS.

HARUM volatus in reputationem ceterarum quoque volucrum nos impellit. Omnibus animalibus reliquis certus et uniusmodi, et in ſuo cuique genere inceſſus eſt: aves ſolæ vario meatu feruntur et in terra, et in aëre. Ambulant aliquæ, ut cornices: ſaliunt aliæ, ut paſſeres, merulæ: currunt, ut perdices, ruſticulæ: ante ſe pedes jaciunt, ut ciconiæ, grues: expandunt alas, pendentesque raro intervallo quatiunt, aliæ crebrius, ſed et primas dumtaxat pennas: aliæ et tota latera pandunt: quædam vero majore ex parte compreſſis volant; percuſſoque ſemel, aliquæ et gemino ictu aëre feruntur, velut incluſum eum prementes, ejaculantur ſeſe in ſublime, in rectum, in pronum. Impingi putes aliquas, aut rurſus ab alto cadere has, illas ſalire. Anates ſolæ, quæque ſunt ejusdem generis, in ſublime protinus ſeſe tollunt, atque

cauda reguntur. Aliæ circumpectant, aliæ colla. Nonnullæ veſcuntur ea, quæ rapu bus. Sine voce non volant multæ: aut e ſemper in volatu ſilent. Subrectæ, pron quæ, in latera, in ora, quædam et reſu runtur: ut ſi pariter cernantur plura gen in eadem natura meare videantur.

Plurimum volant, quæ apodes, quia cai pedum: ab aliis cypſelli adpellantur, hir ſpecie. Nidificant in ſcopulis. Hæ ſu toto mari cernuntur: nec umquam tam l ves, tamque continuo curſu recedunt a non circumvolitent eas apodes. Cetera g ſidunt et inſiſtunt: his quies, niſi in nido aut pendent, aut jacent.

Super omnia humanas voces reddunt, pſittaci quidem etiam ſermocinantes. India hanc avem mittit, ſittacen vocat, viridem toto corpore, torque tantum miniato in cervice diſtinctam. Imperatores ſalutat, et quæ accipit verba, pronuntiat: in vino præcipue laſciva. Capiti ejus duritia eadem, quæ roſtro. Hoc, cum loqui diſcit, ferreo verberatur radio: non ſentit aliter ictus. Cum devolat, roſtro ſe excipit, illi innititur, leviorem-que ſe ita pedum infirmitati facit.

Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, ſed expreſſior loquacitas, generi picarum eſt. Adamant verba, quæ loquantur. Nec diſcunt tantum, ſed diligunt: meditantesque intra ſemet, cura atque cognitione intentionem non occultant. Conſtat emori victas difficultate verbi: ac niſi ſubinde eadem audiant, memoria falli: quærentesque mirum in modum hilarari, ſi interim audierint id verbum. Nec vulgaris illis forma, quamvis non ſpectanda. Satis illis decoris in ſpecie ſermonis humani eſt. Verum addiſcere alias negant poſſe, quam quæ ex genere earum ſunt, quæ glande veſcantur: et inter eas facilius, quibus quini ſunt digiti in pedibus: ac ne eas quidem ipſas, niſi primis duobus vitæ annis. Latior iis eſt lingua:

omnibuſque

omnibusque in ſuo cuique genere, quæ ſermonem imitantur humanum: quanquam id pæne in omnibus contingit. Agrippina Claudii Cæſaris turdum habuit (quod numquam ante) imitantem ſermones hominum, quum hæc proderem. Habebant et Cæſares juvenes ſturnum, item luſcinias, Græco atque Latino ſermone dociles: præterea meditantes in diem, et aſſidue nova loquentes, longiore etiam contextu. Docentur ſecreto, et ubi nulla alia vox miſceatur, adſidente qui crebro dicat ea, quæ condita velit, ac cibis blandiente.

Reddatur et corvis ſua gratia, indignatione quoque populi Romani teſtata, non ſolum conſcientia. Tiberio Principe ex fetu ſupra Caſtorum ædem genito pullus, in oppoſitam ſutrinam devolavit, etiam religione commendatus officinæ domino. Is mature ſermoni adſuefactus, omnibus matutinis evolans in Roſtra, forum verſus, Tiberium, dein Germanicum et Druſum Cæſares nominatim, mox tranſeuntem populum Rom. ſalutabat, poſtea ad tabernam remeans, plurimum annorum adſiduo officio mirus. Hunc ſive æmulatione vicinitatis, manceps proximæ ſutrinæ, ſive iracundia ſubita, ut voluit videri, excrementis ejus poſita calceis macula, examinavit: tanta plebei conſternatione, ut primo pulſus

ex

ea regione, mox et interemtus ſit, funuſque
umeris aliti celebratum exſequiis, conſtratum
tum ſuper Æthiopum duorum humeros, præ-
lente tibicine, et coronis omnium generum, ad
um uſque, qui conſtructus dextra viæ Appiæ
ſecundum lapidem, in campo Rediculi adpella-
fuit. Adeo ſatis juſta cauſa populo Romano
ı eſt exſequiarum, ingenium avis, aut ſupplicii
cive Romano, in ea urbe, in qua multorum
ncipum nemo duxerat funus: Scipionis vero
niliani, poſt Carthaginem Numantiamque de-
ıs ab eo, nemo vindicaverat mortem. Hoc
tum M. Servilio, C. Ceſtio Coſſ. a. d. v.
lend. April. Nunc quoque erat in urbe Roma,
: prodente me, equitis Rom. cornix e Bætica,
mum colore mira admodum nigro: deinde plura
texta verba exprimens, et alia crebro addiſcens.
: non et recens fama Crateri Monocerotis cog-
nine, in Erizena regione Aſiæ corvorum opera
antis, eo quod devehebat in ſilvas eos inſidentes
niculis humeriſque: illi veſtigabant agebantque,
perducta conſuetudine, ut exeuntem ſic comita-
tur et feri. Tradendum putavere memoriæ qui-
ı, viſum per ſitim lapides congerentem in ſitu-
ı monumenti, in qua pluvia aqua durabat, ſed

quæ attingi non poſſet: ita deſcendere p
expreſſiſſe tali congerie, quantum poturo ſ

O V A.

Ovorum alia ſunt candida, ut colum
dicibus: alia pallida, ut aquaticis: ali
diſtincta, ut meleagridi: alia rubri co
phaſianis, cenchridi. Intus autem om
volucrum bicolor. Aquaticis lutei plus q
idque ipſum magis luridum, quam cete
cium unus color, in quo nil candidi. A
ex calore fragilia, ſerpentium ex frigore l
cium ex liquore mollia. Aquatilium rotu
liqua fere faſtigio cacuminata. Exeunt
diſſima ſui parte, dum pariuntur, molli p
ſed protinus dureſcente, quibuſcumque
portionibus. Omnibus ovis medio vité
ineſt velut ſanguinea gutta, quod eſſe c
exiſtimant, primum in omni corpore id gi
nantes: in ovo certe gutta ea ſalit, pal
Ipſum animal ex albo liquore ovi co
Cibus in luteo eſt. Omnibus intus cap
toto corpore: oculi compreſſi capite majo

e pullo, candor in medium vertitur, luteum
nditur. Vicesimo die, si moveatur ovum,
entis intra putamen vox auditur. Ab
empore plumescit: ita positus, ut caput
xtrum pedem habeat, dextram vero alam
put. Vitellus paulatim deficit.
ncubari intra decem dies edita utilissimum
ut recentiora infecunda. Quarto die post-
epere incubari, si contra lumen cacumine
apprehenso una manu, purus et uniusmodi
t color, sterilia existimantur esse, proque
substituenda. Et in aqua est experimen-
ane fluitat: itaque fidentia, hoc est, plena,
olunt. Concuti vero experimento vetant,
non gignant confusis vitalibus venis. Ce-
cluduntur calidis diebus. Ideo æstate un-
no educunt fetum: hieme, xxv. Quæ-
tem et citra incubitum sponte naturæ gig-
t in Ægypti simetis.

I N S E C T A

MULTA hæc et multigenera, ter
volucrumque vita. Alia pennata, u
alia utroque modo, ut formicæ: aliqua e
et pedibus carentia: jure omnia inſecta a
ab inciſuris, quæ nunc cervicum loco, nun
rum atque alvi, præcincta ſeparant membr
modo fiſtula cohærentia. Aliquibus vero
inciſura, eam ambiente ruga: ſed in al
ſuperne tantum, imbricatis flexili vertebr
quam alibi ſpectatiore Naturæ rerum artifi
magnis ſiquidem corporibus, aut certe m
facilis officina ſequaci materia fuit. In
parvis, atque tam nullis, quæ ratio, qua
quam inextricabilis perfectio? ubi tot ſe
locavit in culice? et ſunt alia dictu mino
ubi viſum in eo prætendit? ubi guſtatu
cavit? ubi odoratum inſervit? ubi verc
lentam illam et portione maximam vocem
ravit? qua ſubtilitate pennas adnexuit? p
vit pedum crura? diſpoſuit jejunam cave
alvum? avidam ſanguinis, et potiſſimum

statim accendit? Telum vero perfodiendo tergori, quo ſpiculavit ingenio? Atque ut in capaci, quum cerni non poſſit exilitas, ita reciproca geminavit arte, ut fodiendo acuminatum pariter, ſorbendoque fiſtuloſum eſſet. Quos teredini ad perforanda robora cum ſono teſte dentes adfixit, potiſſimumque e ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantorum miramur humeros, taurorumque colla, et truces in ſublime jactus: tigrium rapinas, leonum jubas, quum rerum natura nuſquam magis, quam in minimis, tota ſit. Quapropter, quæſo, ne noſtra legentes, quoniam ex his ſpernunt multa, etiam relata faſtidio damnent, quum in contemplatione Naturæ nihil poſſit videri ſupervacuum.

A P I S.

Inter omnia ea principatus apibus, et jure præcipua admiratio, ſolis ex eo genere hominum cauſa genitis. Mella contrahunt, ſuccumque dulciſſimum atque ſubtiliſſimum, ac ſaluberrimum. Favos confingunt et ceras, mille ad uſus vitæ: laborem tolerant, opera conficiunt, rempublicam habent, conſilia privatim, ac duces gregatim; et

quod maxime mirum ſit, mores habent. P
quum ſint neque manſueti generis, neq
tamen tanta eſt Natura rerum, ut prope e
minimi animalis, incomparabile effecerit q
Quos efficaciæ induſtriæque tantæ compare
vos? quas vires? quos ratione mediu
viros? hoc certe præſtantioribus, quo n
vere, niſi commune. Non ſit de anima
conſtet et de ſanguine, quantulum tamen
tantulis poteſt? Æſtimemus poſtea ingeniu

Hieme conduntur: unde enim ad pruina
que, et Aquilonum flatus perferendos vires
et infecta omnia, ſed minus diu: quæ pa
noſtris occultata, mature tepefiunt. Cir
aut temporum locorumve ratio mutata eſt,
raverunt priores. Conduntur a Vergiliar
caſu, ſed latent ultra exortum: adeo non
initium, ut dixere, nec quiſquam in Italia
exiſtimat. Ante fabas florentes exeunt ad
labores: nulluſque, quum per cælum licu
perit dies. Primum favos conſtruunt, cer
gunt, hoc eſt, domos cellaſque faciunt.
ſobolem, poſtea mella, ceram ex floribus,
nem e lacrymis arborum, quæ glutinum
ſalicis, ulmi, arundinis, ſucco, gummi,

His primum alveum ipſum intus totum, ut quodam tectorio, illinunt, et aliis amarioribus ſuccis contra aliarum beſtiolarum aviditates: id ſe facturas conſciæ, quod concupiſci poſſit. His deinde fores quoque latiores circumſtruunt.

Prima fundamenta commoſin vocant periti, ſecunda piſſoceron, tertia propolin, inter coria cerasque: magni ad medicamina uſus. Commoſis cruſta eſt prima, ſaporis amari. Piſſoceros ſuper eam venit, picantium modo, ceu dilutior cera. E vitium, populorumque mitiore gummi propolis, craſſioris jam materiæ, additis floribus, nondum tamen cera, ſed favorum ſtabilimentum, qua omnes frigoris aut injuriæ aditus obſtruuntur, odore et ipſa etiamnum gravi, ut qua plerique pro galbano utantur.

Præter hæc convehitur erithace, quam aliqui ſandaracam, alii cerinthum vocant. Hic erit apium, dum operantur, cibus, qui ſæpe invenitur in favorum inanitatibus ſepoſitus, et ipſe amari ſaporis. Gignitur autem rore verno, et arborum ſucco, gummium modo, Africi minor, Auſtri flatu nigrior, Aquilonibus melior et rubens, plurimus in Græcis nucibus. Menecrates florem eſſe dicit, ſed nemo præter eum.

Ceras ex omnium arborum ſatorumque confingunt, excepta rumice et echinopod barum hæc genera. Falſo excipitur et quippe cum in Hiſpania multa in ſpartar herbam eam ſapiant. Falſo et oleas exc tror, quippe olivæ proventu plurima exam certum eſt. Fructibus nullis nocetur. M floribus quidem, non modo corporibus Operantur intra ſexaginta paſſus: et ſubi ſumtis in proximo floribus, ſpeculatores a ulteriora mittunt. Noctu deprehenſæ in tione excubant ſupinæ, ut alas a rore prot

Ne quis miretur amore earum captos, machum Solenſem duodeſexaginta annis ni egiſſe: Philiſcum vero Thaſium in deſe colentem Agrium cognominatum: qui am ſere de his.

Ratio operis. Interdiu ſtatio ad portas ſtrorum, noctu quies in matutinum, dc excitet gemino aut triplici bombo, ut buc quo. Tunc univerſæ provolant, ſi dies m rus eſt. Prædivinant enim ventos imbreſq continent tectis. Itaque temperie cæli (e ter præſcita habent:) quum agmen ad op ceſſit, aliæ flores adgerunt pedibus, alia

, guttaſque lanugine totius corporis. Quibus earum adoleſcentia, ad opera exeunt, et ſupra-ta convehunt: ſeniores intus operantur, Quæ res comportant, prioribus pedibus femina one-it, propter id natura ſcabra, pedes priores roſtro: æque onuſtæ remeant ſarcina pandatæ. Exci-int eas ternæ, quaternæque, et exonerant. Sunt im intus quoque officia diviſa. Aliæ ſtruunt, æ poliunt, aliæ ſuggerunt, aliæ cibum compa-nt ex eo, quod adlatum eſt. Neque enim ſepa-tim veſcuntur, ne inæqualitas operis et cibi fiat temporis. Struunt orſæ a concameratione alvei, xtumque velut a ſumma tela deducunt, limiti-is binis circa ſingulos actus, ut aliis intrent, aliis reant. Favi ſuperiore parte adfixi, et paulum iam lateribus ſimul hærent, et pendent una. lveum non contingunt, nunc obliqui, nunc ro-ndi, qualiter popoſcit alveus: aliquando et duo-im generum: quum duo examina concordibus opulis diſſimiles habuere ritus. Ruentes ceras lciunt, pilarum intergerinis ſic a ſolo fornicatis, : deſit aditus ad ſarciendum. Primi fere tres ver-is inanes ſtruuntur, ne promtum ſit, quod invi-t furantem. Noviſſimi maxime implentur melle; eoque averſa alvo favi eximuntur. Gerulæ ſe-

cundos

cundos flatus captant. Si cooriatur pr
prehenſi ponduſculo lapilli ſe librant.
humeros eum imponi tradunt. Juxta v
volant in adverſo flatu vepribus evita
obſervatio operis. Ceſſantium inertia
caſtigant mox, et puniunt morte. Mir
Amoliuntur omnia e medio, nullæque
ſpurcitiæ jacent. Quin et excrementa
intus, ne longius recedant, unum con
cum, turbidis diebus et operis otio eger
adveſperaſcit, in alveo ſtrepunt minus
donec una circumvolet eodem, quo exci
bo, ceu quietem capere imperans: et
rum more. Tunc repente omnes c
Domos primum plebei exædificant, dein
Si ſperatur largior proventus, adjiciu
bernia et fucis. Hæ cellarum minim
majores apibus.

Sunt autem fuci, ſine aculeo, velut
apes, noviſſimæque, a feſſis et jam emer
tæ, ſerotinus fetus, et quaſi ſervitia verar
quamobrem imperant iis, primoſque in
pellunt, tardantes ſine clementia puniu
in opere tantum, ſed in fetu quoque ad
multum ad calorem conferente turba.

major eorum fuit multitudo, hoc majore fiet examinum proventus. Cum mella cœperunt maturescere, abigunt eos: multæque singulos adgressæ trucidant. Nec id genus, nisi vere, conspicitur. Fucus ademtis alis in alveum rejectus, ipse ceteris adimit.

Regias imperatoribus futuris in ima parte alvei exstruunt amplas, magnificas, separatas, tuberculo eminentes: quod si exprimatur, non gignuntur soboles. Sexangulæ omnes cellæ, singulorum eæ pedum opere. Nihil horum stato tempore, sed rapiunt diebus serenis munia. Et melle uno alterove ad summum die cellas replent.

Mel ibi optimus semper, ubi optimorum doliolis florum conditur. Atticæ regionis hoc, et Siculæ, Hymetto, et Hybla, ab locis: mox Calydna insula. Est autem initio mel, ut aqua, dilutum, et primis diebus fervet, ut musta, seque purgat: vicesimo die crassescit, mox obducitur tenui membrana, quæ fervoris ipsius spuma concrescit. Sorbetur optimum, et minime fronde infectum, e quercus, tiliæ, arundinum foliis.

Summa quidem bonitatis natione constat (ut supra diximus) pluribus modis: Aliubi enim favi cera spectabiles gignuntur, ut in Pelignis, Sicilia: aliubi

aliubi mellis copia, ut in Creta, Cy
aliubi magnitudine, ut in ſeptemtrio
jam in Germania octo pedum longitud
cava parte nigro.

In quocumque tamen tractu terna
genera. Vernum ex floribus conſtruct
ideo vocatur anthinum. Hoc quidam
tant, ut largo alimento valida exeat ſ
ex nullo minus apibus relinquunt, qu
ſequatur ubertas, magnorum ſiderum
terea ſolſtitio, quum thymum et uva
piunt, præcipua cellarum materia.
eximendis favis neceſſaria diſpenſati
inopia cibi deſperant, moriunturque
giunt: contra copia ignaviam adfert:
le, non erithace paſcuntur. Ergo dil
hac vindemia duodecimam partem a
quunt. Dies ſtatus inchoandæ, ut c
naturæ, ſi ſcire aut obſervare homine
ceſimus ab educto examine: fereque
includitur hæc vindemia.

Alterum genus eſt mellis æſtivi, q
catur ὡραῖον, a tempeſtivitate præcipua
exſplendeſcente poſt ſolſtitium diebus

Mel plenilunio uberius capitur, ſerena die pinguius. In omni melle, quod per ſe fluxit, ut nuſtum oleumque, adpellaturque acœton, maxime audabile eſt; ut et omne rutilum. In æſtimatu eſt e thymo, coloris aurei, ſaporis gratiſſimi. Quod ſit palam doliolis, pingue: marino rore, ſpiſſum. Quod concreſcit autem, minime laudatur. Thymoſum non coit, et tactu prætenuia fila mittit: quod primum gravitatis argumentum eſt. Abrumpi ſtatim et reſilire guttas, vilitatis indicium habetur. Sequens probatio, ut ſit odoratum, et ex dulci acre, glutinoſum, perlucidum. Æſtiva mellatione decimam partem Caſſio Dionyſio apibus relinqui placet, ſi plenæ fuerint alvi: ſi minus, pro rata portione: aut ſi inanes, omnino non attingi. Huic vindemiæ Attici ſignum dedere initium caprifici: alii diem Vulcano ſacrum.

Tertium genus mellis, minime probatum, ſilveſtre, quod ericæum vocant. Convehitur poſt primos autumni imbres, cum erice ſola floret in ſilvis, ob id arenoſo ſimile. Gignitur id maxime Arcturi exortu ex ante pridie Idus Septembris.

Alvos quidam in eximendo melle expendunt, ita diribentes, quantum relinquant. Æquitas ſiquidem

irafcantur, aut ipſæ avide vorent. Fur
etiam ignavia earum excitatur ad op
niſi incubavere, favos lividos faciunt.
mio fumo inficiuntur: quarum injuriai
ſentiunt mella, vel minimo contactu rc
tia. Et ob id inter genera ſervatur, qu
vocant.

Fetus quonam modo progenerarent, i
eruditos et ſubtilis quæſtio fuit. Apiu
tus viſus eſt numquam. Plures exiſtim
tere confici floribus compoſitis apte atc
Aliqui coitu unius, qui rex in quoque
examine. Hunc eſſe ſolum marem*
magnitudine, ne fatiſcat. Ideo fetum
edi: apeſque reliquas, tamquam mar

fectos generet alios? Propter vero prior exi-
o fieret, ni rurſus alia difficultas occurreret.
e naſcuntur aliquando in extremis favis apes
ores, quæ ceteras fugant. Œſtrus voca-
ic malum: quonam modo naſcens, ſi ipſæ
t?

id certum eſt, gallinarum modo incubant.
d excluſum eſt, primum vermiculus videtur
us, jacens tranſverſus, adhærenſque ita, ut
ræ videatur. Rex ſtatim mellei coloris, ut
flore ex omni copia factus, neque vermiculus,
tim penniger. Cetera turba cum formam
cœpit, nymphæ vocantur: ut fuci, ſirenes,
phenes. Si quis alterutris capita demat,
nam pennas habeant, pro gratiſſimo ſunt pa-
natribus. Tempore procedente inſtillant ci-
tque incubant, maxime murmurantes, calo-
putant) faciendi gratia, neceſſarii excluden-
lis, donec ruptis membranis, quæ ſingulos
t ovorum modo, univerſum agmen emergat.
um hoc Romæ Conſularis cujuſdam ſubur-
alveis cornu laternæ translucido factis. Fetus
XLV. diem peragitur. Fit in favis quibuſ-
qui vocatur clavus, amaræ duritia ceræ,
fetum inde non eduxere, morbo, aut igna-
via,

via, aut infecunditate naturali. Hic e
apium. Protinus autem educti operantu
diſciplina cum matribus: regemque juven
lis turba comitatur.

Reges plures inchoantur, ne deſint.
his ſoboles cum adulta eſſe cœpit, concor
gio deterrimos necant, ne diſtrahant agm
autem genera eorum: melior niger
Omnibus forma ſemper egregia et dupl
ceteris, major, pennæ breviores, crura
greſſus celſior, in fronte macula quodam
candicans. Multum etiam nitore a vu
runt.

Quærat nunc aliquis, unuſne Hercul
et quot Liberi Patres, et reliqua vetu
obruta? Ecce in re parva, villiſque noſtri
cujus adſidua copia eſt, non conſtat inter
rex nullumne ſolus habeat aculeum, maje
tum armatus: an dederit eum quidem na
uſum ejus illi tantum negaverit. Illud cor
peratorem aculeo non uti. Mira plebei c
obedientia. Quum procedit, una eſt tot
men, circaque eum globatur, cingit,
cerni non patitur. Reliquo tempore, quu
lus in labore eſt, ipſe opera intus circui

ex

exhortanti, ſolus immunis. Circa eum ſatellites quidam lictoreſque, adſidui cuſtodes auctoritatis. Procedit foras, non niſi migraturo examine. Id multo intelligitur ante, aliquot diebus murmure intus ſtrepente, adparatus indice diem tempeſtivum eligentium. Si quis alam ei detruncet, non fugiet examen. Quum proceſſere, ſe quæque proximam illi cupit eſſe, et in officio conſpici gaudet. Feſſum humeris ſublevant: validius fatigatum ex toto portant. Si qua laſſata deficit, aut forte aberravit, odore perſequitur. Ubicumque ille conſedit, ibi cunctarum caſtra ſunt.

Tunc oſtenta faciunt privata ac publica, uva dependente in domibus templiſve, ſæpe expiata magnis eventibus. Sedere in ore infantis Platonis, tum etiam ſuavitatem illam prædulcis eloquii portendentes. Sedere in caſtris Druſi Imperatoris, quum proſperrime pugnatum apud Arbalonem eſt, haud quaquam perpetua aruſpicum conjectura, qui dirum id oſtentum exiſtimant ſemper. Duce prehenſo totum tenetur agmen: amiſſo dilabitur, migratque ad alios. Eſſe utique ſine rege non poſſunt. Invitæ autem interimunt eos, quum plures fuere, potiuſque naſcentium domos diruunt, ſi proventus deſperatur: tunc et fucos abigunt. Quan-

quam de iis video dubitari, propriur
eſſe aliquos exiſtimare, ſicut furibu
inter illas, ſed nigris, lataque alvo:
quia furtim devorent mella. Certu
bus fucos interfici. Utique regem
Sed quomodo ſine aculeo naſcantur,
eſt.

Humido vere melior fetus: ſicco,
Quod ſi defecerit aliquas alvos cibu
proximas faciunt rapinæ propoſito.
tra dirigunt aciem: et ſi cuſtos a
pars, quæ ſibi favere ſentit, non adp
aliis quoque ſæpe dimicant cauſis,
contrarias duo imperatores inſtruunt
in convehendis floribus exorta: et ſ
evocantibus: quæ dimicatio injectu
fumo tota diſcutitur. Reconciliatur
aqua mulſa.

Apes ſunt et ruſticæ ſilveſtreſque,
tu, multo iracundiores, ſed opere a
ſtantes. Urbanarum duo genera, o
variæque, et in rotunditatem comp
riores longæ, et quibus ſimilitudo veſp
num deterrimæ ex iis piloſæ. In Pc
dam albæ, quæ bis in menſe mella

ca Thermodoontem autem fluvium duo genera: aliarum, quæ in arboribus mellificant: aliarum, quæ ſub terra, triplici cerarum ordine, uberrimi proventus.

Aculeum apibus natura dedit ventri conſertum. Ad unum ictum hoc infixo, quidam eas ſtatim emori putant. Aliqui non niſi in tantum adacto, ut inteſtini quidpiam ſequatur: ſed fucos poſtea eſſe, nec mella facere, velut caſtratis viribus, pariterque et nocere et prodeſſe deſinere. Eſt in exemplis, equos ab iis occiſos.

Odere fœdos odores, proculque fugiunt, ſed et ſictos. Itaque unguenta redolentes infeſtant, ipſæ plurimorum animalium injuriis obnoxiæ. Impugnant eas naturæ ejuſdem degeneres veſpæ, atque crabrones: etiam e culicum genere qui vocantur muliones: populantur hirundines, et quædam aliæ aves. Inſidiantur aquantibus ranæ, quæ maxima earum eſt operatio tum, quum ſobolem faciunt. Nec hæ tantum quæ ſtagna et rivos obſident, verum et rubetæ veniunt ultro, adrepenteſque foribus per eas ſufflant: ad hoc provolant, confeſtimque abripiuntur. Nec ſentire ictus apum ranæ traduntur. Inimicæ et oves, difficile ſe a lanis earum explican-

tibus. Cancrorum etiam odore, ſi qui
quat, exanimantur.

Quin et morbos ſuapte natura ſenti
eorum triſtitia torpens, et cum ante fo
rem Solis promotis aliæ cibos miniſt
defunctas progerunt, funerantiumque
tantur exſequias. Rege ea peſte conſ
plebs ignavo dolore: non cibos con
procedens, triſti tantum murmure glon
corpus ejus. Subtrahitur itaque didu
dine: alias ſpectantes exanimem, luct
nuunt. Tunc quoque ni ſubveniatur,
untur. Hilaritate igitur et nitore ſan
tur. Sunt et operis morbi: quum fa
plent, cleron vocant. Item blapſigonia
non peragunt.

Inimica eſt et echo reſultanti ſono,
alterno pulſet ictu: inimica et nebu
quoque vel maxime hoſtiles: quum pr
intexant, enecant alveos. Papilio eti
et inhonoratus, luminibus accenſis advol
fer, nec uno modo. Nam et ipſe ceras
et relinquit excrementa, quibus teredi
tur: fila etiam araneoſa, quacumque i
rum maxime lanugine obtexit. Naſc

ipſo ligno teredines, quæ ceras præcipue adpetunt. Infeſtat et aviditas paſtus, nimia florum ſatietate, verno maxime tempore: alvo cita. Oleo quidem non apes tantum, ſed omnia inſecta exanimantur, præcipue ſi capite uncto in Sole ponantur. Aliquando et ipſæ contrahunt mortis ſibi cauſas, quum ſenſere eximi mella, avide vorantes. Cetero parcæ, et quæ alioque prodigas atque edaces, non ſecus ac pigras atque ignavas proturbent. Nocent et ſua mella ipſis, illitæque ab adverſa parte moriuntur. Tot hoſtibus, tot caſibus, (et quotam portionem eorum commemoro?) tam munificum animal expoſitum eſt.

Gaudent plauſu atque tinnitu æris, eoque convocantur. Quo manifeſtum eſt, auditus quoque ineſſe ſenſum. Effecto opere, educto fetu, functæ munere omni exercitationem tum ſolemnem habent: ſpatiatæque in aperto, et in altum datæ, gyris volatu editis, tum demum ad cibum redeunt. Vita eis longiſſima, ut proſpere inimica ac fortuita cedant, ſeptenis annis univerſa. Alvos numquam ultra decem annos duraſſe proditur.



Vespæ in ſublimi e luto nidos fa
his ceras: crabrones in cavernis, aut f
horum omnium ſexangulæ cellæ.
corticea et araneoſa. Fetus ipſe inæqu
baris: alius evolat, alius in nympha
vermiculo. Et autumno, non verno
Plenilunio maxime creſcunt.

Omnes carne veſcuntur, contra
quæ nullum corpus attingunt. Sed v
grandiores venantur: et amputato iis
quum corpus auferunt. Crabronum
arborum cavernis degunt: hieme, ut c
conduntur: vita bimatum non tranſit.
haud temere ſine febri eſt. Auctor

bus matres futuras producant. Jam tum opifi-
funguntur munere, et paſcunt eas. Latior ma-
ı ſpecies: dubiumque an habeant aculeos, quia
egrediuntur. Et his ſui fuci. Quidam opi-
ur omnibus his ad hiemem decidere aculeos.
crabronum autem, nec veſparum generi reges,
:xamina: ſed ſubinde renovatur multitudo ſo-

ARANEUS.

RANEORUM his non abſurde jungatur natura,
a vel præcipua admiratione. Plura autem ſunt
:a, nec dictu neceſſaria in tanta notitia. Pha-
a ex his adpellantur, quorum noxii morſus,
ıs exiguum, varium, acuminatum, aſſultim in-
entium. Altera eorum ſpecies, nigri, priori-
ruribus longiſſimis. Omnibus internodia terna
ıribus. Luporum nomine minimi, non texunt.
res interna et cavernis exigua veſtibula præ-
ınt. Tertium eorumdem genus erudita ope-
ıe conſpicuum. Orditur telas, tantique ope-
ateriæ uterus ipſius ſufficit: ſive ita corrupta

alvi natura ſtato tempore, ut Democrito pla
ſive eſt quædam intus lanigera fertilitas: tam
derato ungue, tam tereti filo, et tam æquali,
ducit ſtamina, ipſo ſe pondere uſus. Texe
medio incipit, circinato orbe ſubtegmina ad
tens: maculaſque paribus ſemper intervallis,
ſubinde creſcentibus, ex anguſto dilatans indiſ
bili nodo implicat. Quanta arte celat ped
ſcutulato rete graſſantes? quam non ad hoc vid
pertinere crebratæ pexitas telæ, et quadam
turæ arte, ipſa per ſe tenax ratio tramæ? q
laxus ad flatus, ac non reſpuenda quæ ven
ſinus? Derelicta laſſo prætendi ſumma parte
trere licia: at illa difficile cernuntur, atque
plagis lineæ offenſæ, præcipitant in ſinum.
cus ipſa, qua concameratur architectura? et c
frigora quanto villoſior? quam remotus a m
aliudque agentis ſimilis? incluſus vero ſic, u
nec ne, intus aliquis, cerni non poſſit? Age
mitas, quando rumpentibus ventis? qua pulv
mole degravante? Latitudo telæ ſæpe inter
arbores, cum exercet artem et diſcit texere:
gitudo fili a culmine, ac rurſus a terra per
ipſum velox reciprocatio: ſubitque pariter ac
ded

ducit. Quum vero captura incidit, quam vigi-
ns et paratus ad curſum? licet extrema hæreat
laga, ſemper in medium currit: quia ſic maxime
otum concutiendo implicat. Sciſſa protinus refi-
it, ad polituram ſarciens. Namque et lacertarum
atulos venantur: os primum tela involventes, et
unc demum labra utraque morſu apprehendentes,
mphitheatrali ſpectaculo, quum contigit. Sunt
x eo et auguria. Quippe incremento amnium fu-
uro telas ſuas altius tollunt. Iidem ſereno non tex-
unt, nubilo texunt. Ideoque multa aranea imbrium
igna ſunt. Feminam putant eſſe, quæ texat,
arem qui venetur: ita paria fieri merita conjugio.

SCARABEUS.

QUIBUSDAM inſectis pennarum tutelæ cruſta pervenit, ut ſcarabæis, quorum tenuior fragilior-
te penna. His negatus aculeus: ſed in quodam
nere eorum grandi, cornua prælonga, biſulcis
ntata forcipibus in cacumine, cum libuit, ad
orſum coeuntibus, infantium etiam remediis ex
rvice ſuſpenduntur. Lucanos vocat hos Nigi-
us. Aliud rurſus eorum genus, qui e ſimo in-

gentes

gentes pilas averſi pedibus volutant, parvoſque
iis contra rigorem hiemis vermiculos fetus ſui
dulantur. Volitant alii magno cum murmure
mugitu. Alii focos et prata crebris foraminil
excavant, nocturno ſtridore vocales. Lucent
nium modo noctu, laterum et clunium colore la
pyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nu
vero compreſſu obumbratæ, non ante matura
bula, aut poſt deſecta conſpicuæ. E contrario
nebrarum alumna blattis vita, lucemque fugiu
in balineis maxime humido vapore prognatæ.
diunt ex eodem genere rutili atque prægrandes
rabæi tellurem aridam, favoſque parvæ ac fiſtul
modo ſpongiæ medicato melle fingunt.

LOCUSTA.

PARIUNT in terram demiſſo ſpinæ caule,
condenſa, autumni tempore. Ea durant hie
ſub terra. Subſequente anno exitu veris emitt
parvas, nigrantes et ſine cruribus, penniſque
tantes. Itaque vernis aquis intereunt ova: fic
que vere major proventus. Alii duplicem ear
fetum, geminum exitium tradunt; Vergiliar
exo

: parere, deinde ad Canis ortum obire, et renaſci. Quidam Arcturi occaſu renaſci. matres quum pepererint, certum eſt, vermi- atim circa fauces enaſcente, qui eas ſtrangu- Eodem tempore mares obeunt. Tam frivola e morientes, ſerpentem, quum libuit, necant æ, faucibus ejus adprehenſis mordicus. Non itur niſi rimoſis locis

et alius earum obitus. Gregatim ſublatæ in maria aut ſtagna decidunt. Forte hoc ca- evenit, non (ut priſci exiſtimavere) made- nocturno humore alis. Iidem quippe nec eas noctibus propter frigora tradiderunt: etiam longinqua maria ab iis tranſiri, con- a plurium dierum (quod maxime miremur) quoque, quam propter externa pabula petere . Deorum iræ peſtis ea intelligitur. Nam- : grandiores cernuntur, et tanto volant pen- ı ſtridore, ut aliæ alites credantur: Solem- bumbrant, ſollicitis ſuſpectantibus populis, as operiant terras. Sufficiunt quippe vires: nquam parum ſit maria tranſiſſe, immenſos s permeant, diraque meſſibus contegunt nube, contactu adurentes: omnia vero morſu ero- , et fores quoque tectorum. Italiam ex Afri-

ca

ca maxime coortæ infeſtant, ſæpe populo ad Sibyllina coacto remedia confugere, inopiæ metu. In Cyrenaica regione lex etiam eſt, ter anno debellandi eas, primo ova obterendo, deinde fetum, poſtremo adultas: deſertoris pœna in eum, qui ceſſaverit. Et in Lemno inſula certa menſura præfinita eſt, quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referant. Gracculos quoque ob id colunt, adverſo volatu occurrentes, earum exitio. Necare et in Syria militari imperio coguntur. Tot orbis partibus vagatur id malum. Parthis et hæ in cibo gratæ. Vox earum proficiſci ab occipitio videtur. Eo loco in commiſſura ſcapularum habere quaſi dentes exiſtimantur, eoſque inter ſe terendo ſtridorem edere, circa duo æquinoctia maxime, ſicut cicadæ circa ſolſtitium.

FORMICA.

PLURIMA inſectorum vermiculum gignunt. Nam et formicæ ſimilem ovis vere: et hæ communicantes laborem: ſed apes utiles faciunt cibos, hæ condunt. Ac ſi quis comparet onera corporibus earum, fateatur nullis portione vires eſſe majores.

Gerunt

ea morſu. Majora averſæ poſtremis pedi-
liuntur, humeris obnixæ. Et iis reipubli-
», memoria, cura. Semina arroſa condunt,
ıs in fruges exeant e terra. Majora ad in-
dividunt. Madefacta imbre proferunt at-
cant. Operantur et noctu plena Luna:
interlunio ceſſant. Jam in opere qui labor?
dulitas? Et quoniam ex diverſo convehunt
lterius ignara, certi dies ad recognitionem
ı nundinis dantur. Quæ tunc earum con-
»? quam diligens cum obviis quædam col-
atque percontatio? Silices itinere earum
videmus, et in opere ſemitam factam, ne
ubitet qualibet in re quid poſſit quantula-
e adfiduitas. Sepeliunt inter ſe viventium
»ræter hominem.

ARTES.

ARTES.

PICTURA.

DE picturæ initiis incerta, nec inſtituti operis quæſtio eſt. Ægyptii ſex millibus annorum apud ipſos inventam, priuſquam in Græciam tranſiret, adfirmant, vana prædicatione, ut palam eſt. Græci autem alii Sicyone, alii apud Corinthios repertam, omnes umbra hominis lineis circumducta. Itaque talem primam fuiſſe: ſecundam ſingulis coloribus, et monochromaton dictam, poſtquam operoſior inventa erat: duratque talis etiam nunc. Inventam linearem dicunt a Philocle Ægyptio, vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius, et Telephanes Sicyonius, ſine ullo etiamnum colore, jam tamen ſpargentes lineas intus. Ideo et quos pingerent, adſcribere inſtitutum. Primus invenit eas colorare, teſta (ut ferunt) trita, Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuiſſe, quem tradit Cornelius Nepos ſecutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Priſci Romani

ni regis patrem, fugientem a Corintho inju-
ypſeli tyranni, mox docebimus.
ı enim abſoluta erat pictura etiam in Italia.
ıt certe hodieque antiquiores Urbe picturæ
: in ædibus ſacris, quibus equidem nullas
demiror tam longo ævo durantes in orbitate
veluti recentes. Similiter Lanuvii, ubi Ata-
et Helena, cominus pictæ ſunt nudæ ab
artifice, utraque excellentiſſima forma, ſed
ut virgo: ne ruinis quidem templi concuſſæ.
Princeps eas tollere conatus eſt, libidine ac-
, ſi tectorii natura permiſiſſet. Durant et
antiquiores et ipſæ. Fatebiturque, quiſ-
as diligenter æſtimaverit, nullam artium ce-
conſummatam, quum Iliacis temporibus non
eam adpareat.
ıd Romanos quoque honos mature huic arti
it. Siquidem cognomina ex ea Pictorum
ınt Fabii clariſſimæ gentis, princepsque ejus
minis, ipſe ædem Salutis pinxit anno Urbis
æ CCCCL. quæ pictura duravit ad noſtram
riam, æde Claudii principatu exuſta. Proxi-
ebrata eſt, in Foro boario æde Herculis, Pa-
poëtæ pictura. Ennii ſorore genitus hic fuit:
emque eam artem Romæ fecit gloria ſcenæ.

Poſtea

Poſtea non eſt ſpectata honeſtis manibus: n
quis Turpilium Equitem Romanum e
noſtræ ætatis velit referre, hodieque pulc
operibus Veronæ exſtantibus. Læva is ma
xit, quod de nullo ante memoratur. Par
riabatur tabellis, exſtinctus nuper in longa
Antiſtius Labeo Prætorius, etiam Proconſul
vinciæ Narbonenſis functus. Sed ea res in
contumelia erat. Fuit et principum viror
omittendum de pictura celebre conſilium.
Pedius, nepos Qu. Pedii Conſularis trium
que, a Cæſare Dictatore coheredis Auguſ
cum natura mutus eſſet, eum Meſſala Ora
cujus familia pueri avia erat, picturam do
cenſuit, idque etiam Divus Auguſtus compr
Puer magni profectus in ea arte obiit. D
autem præcipua Romæ increvit (ut exiſtimc
Valerio Max. Meſſala, qui princeps tabula
turæ prælii, quo Carthaginienſes et Hiero
Sicilia devicerat, propoſuit in latere Curiæ
liæ, anno ab Urbe condita CCCCXC. Fe
idem et L. Scipio, tabulamque victoriæ ſua
ticæ in Capitolio poſuit: Idque ægre tulit
trem Africanum tradunt, haud immerito,
filius ejus in illo prælio captus fuerat. Nor

m offenſionem et Æmiliani ſubiit Lucius Hoſti-
Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat,
ı ejus oppugnationeſque depictas proponendo
ɔro, et ipſe adſiſtens populo ſpectanti ſingula
·ando: qua comitate proximis comitiis Conſu-
n adeptus eſt. Habuit et ſcena ludis Claudii
·i magnam admirationem picturæ, quum ad
larum ſimilitudinem corvi decepti imagine ad-
·ent.

abulis autem externis auctoritatem Romæ pub-
fecit primus omnium Lucius Mummius, cui
omen Achaici victoria dedit. Namque quum
æda vendenda rex Attalus VI. ſeſtertium emiſ-
abulam Ariſtidæ, Liberum Patrem, pretium
tus, ſuſpicatuſque aliquid in ea virtutis, quod
neſciret, revocavit tabulam, Attalo multum
ente, et in Cereris delubro poſuit: quam pri-
arbitror picturam externam Romæ publica-

Deinde video et in Foro poſitas vulgo.
: enim ille Craſſi oratoris lepos agentis ſub
ribus, quum teſtis compellatus inſtaret: Dic
, Craſſe, qualem mereris? Talem, inquit,
idens in tabula pictum inficetiſſime Gallum ex-
ıtem linguam. In Foro fuit et illa paſtoris
cum baculo, de qua Teutonorum legatus reſ-

netricis ædem dicatis. Poſt eum M. Ag
ruſticitati propior, quam deliciis. E:
ejus oratio magnifica, et maximo civium
tabulis omnibus ſigniſque publicandis:
ſatius fuiſſet, quam in villarum exſilia p
rum eadem illa torvitas tabulas duas Aja
neris mercata eſt a Cyzicenis X. III. In
rum quoque calidiſſima parte marmoril
ſerat parvas tabellas, paulo ante quum re
ſublatas.

Super omnes Divus Auguſtus in Forc
berrima in parte poſuit tabulas duas,
pictam faciem habent et triumphum.
ſtores ac Victoriam poſuit, et quas di
artificum mentione, in templo Cæſaris pa

filium ſeni patri ſimilem eſſe, ſalva ætatis differentia, ſupervolante aquila draconem complexa. Philochares hoc ſuum opus eſſe teſtatus eſt. Immenſa, vel unam ſi quis tantum hanc tabulam æſtimet, potentia artis, quum propter Philocharem, ignobiliſſimos alioqui Glaucionem filiumque ejus Ariſtippum, Senatus populuſque Romanus tot ſæculis ſpectet. Poſuit et Tiberius Cæſar minime comis Imperator, in templo ipſius Auguſti, quas mox indicabimus.

Hactenus dictum ſit de dignitate artis morientis. Quibus coloribus ſingulis primi pinxiſſent, diximus, quum de pigmentis traderemus in metallis. Qui monochromatæ genera picturæ vocaverint, qui deinde, et quæ quibus temporibus invenerint, dicemus in mentione artificum, quoniam indicare naturas colorum, cauſa inſtituti operis prior eſt. Tandem ſe ars ipſa diſtinxit, et invenit lumen atque umbras, differentia colorum alterna vice ſeſe excitante. Deinde adjectus eſt ſplendor, alius hic, quam lumen: quem quia inter hoc et umbram eſſet, adpellaverunt tonon: commiſſuras vero colorum et tranſitus, harmogen.

Quatuor coloribus ſolis immortalia illa opera fecere: ex albis Melino, ex ſilaceis Attico, ex rubris

Sinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus, clariſſimi pictores, quum tabulæ eorum ſingulæ oppidorum venirent opibus. Nunc et purpuris in parietes migrantibus, et India conferente fluminum ſuorum limum, et draconum et elephantorum ſaniem, nulla nobilis pictura eſt. Omnia ergo meliora tunc fuere quum minor copia. Ita eſt, quoniam, ut ſupra diximus, rerum, non animi, pretiis excubatur.

Et noſtræ ætatis inſaniam ex pictura non omittam. Nero Princeps juſſerat coloſſeum ſe pingi CXX. pedum in linteo, incognitum ad hoc tempus. Ea pictura cum peracta eſſet in Maïanis hortis, accenſa fulmine cum optima hortorum parte conflagravit. Libertus ejus quum daret Antii munus gladiatorium, publicas porticus inveſtivit pictura, ut conſtat, gladiatorum, miniſtrorumque omnium veris imaginibus redditis. Hic multis jam ſæculis ſummus animus in pictura. Pingi autem gladiatoria munera, atque in publico exponi cœpta a C. Terentio Lucano. Is avo ſuo, a quo adoptatus fuerat, triginta paria in Foro per triduum dedit, tabulamque pictam in Nemore Dianæ poſuit.

Nunc celebres in ea arte quam maxima brevitate percurram:

am: neque enim inſtituti operis eſt talis ex-
Itaque quoſdam vel in tranſcurſu, et in
i mentione obiter nominaſſe ſatis erit, ex-
operum claritatibus, quæ et ipſa conveniet
five exſtant, ſive intercidere. Non con-
in hac parte Græcorum diligentia, multas
ympiadas celebrando pictores, quam ſtatua-
: toreutas: primumque Olympiade nonage-
uum et Phidiam ipſum initio pictorem fuiſſe
r, Olympiumque Athenis ab eo pictum:
:a in confeſſo ſit, octogeſima tertia fuiſſe Pa-
i fratrem ejus, qui clypeum intus pinxit,
Minerva, quam fecerat Colotes Phidiæ diſ-
, et in faciendo Jove Olympio adjutor.
uod in confeſſo perinde eſt, Bularchi picto-
ulam, in qua erat Magnetum prælium, Can-
rege Lydiæ Heraclidarum noviſſimo, qui et
us vocitatus eſt, repenſam auro? Tanta jam
io picturæ erat. Id circa ætatem Romuli
it neceſſe eſt: duo enim de viceſima Olym-
interiit Candaules: aut (ut quidam tradunt)
anno, quo Romulus, niſi fallor: manifeſta
m claritate artis atque abſolutione. Quod
i neceſſe eſt, ſimul adparet multo vetuſtiora
pia eſſe: eoſque, qui monochromata pinxe-

rint (quorum ætas non traditur) aliquanto ante fuiſſe: Hygiemonen, Diniam, Charmadam, et qui primus in pictura marem feminamque diſcrevit, Eumarum, Athenienſem, figuras omnes imitari auſum: quique inventa ejus excoluit, Cimonem Cleonæum. Hic catagrapha invenit, hoc eſt, obliquas imagines: et varie formare vultus, reſpicientes, ſuſpicienteſque, et deſpicientes. Articulis etiam membra diſtinxit. Venas protulit: præterque, in veſte et rugas et ſinus invenit. Panænus quidem frater Phidiæ, etiam prælium Athenienſium adverſum Perſas apud Marathona factum pinxit. Adeo jam colorum uſus increbruerat, adeoque ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur, Athenienſium Miltiadem, Callimachum, Cynegirum: Barbarorum Datim, Artaphernem.

Quin immo certamen picturæ etiam florente eo inſtitutum eſt Corinthi ac Delphis: primuſque omnium certavit cum Timagora Chalcidenſe, ſuperatus ab eo Pythiis: quod et ipſius Timagoræ carmine vetuſto adparet, chronicorum errore non dubio. Alii quoque poſt hos clari fuere ante nonageſimam Olympiadem, ſicut Polygnotus Thaſius, qui primus mulieres lucida veſte pinxit, capita earum mitris

ris verſicoloribus operuit, plurimumque picturæ
aus contulit. Siquidem inſtituit os adaperire,
ies oſtendere, vultum ab antiquo rigore variare.
us eſt tabula in porticu Pompeii, quæ ante
iam ejus fuerat: in qua dubitatur, adſcenden-
cum clypeo pinxerit, an deſcendentem. Hic
his ædem pinxit: hic et Athenis porticum,
Pœcile vocatur, gratuito, quum partem ejus
on mercede pingeret: unde major huic aucto-
. Siquidem Amphictyones, quod eſt publi-
Græciæ concilium, hoſpitia ei gratuita decre-
. Fuit et alius Micon, qui minoris cogno-
: diſtinguitur: cujus filia Timarete et ipſa
it.

onageſima autem Olympiade fuere Aglao-
, Cephiſſodorus, Phrylus, Evenor pater Parr-
, et præceptor maximi pictoris, de quo ſuis
s dicemus: omnes jam illuſtres, non tamen,
ibus hærere expoſitio debeat, feſtinans ad lu-
artis: in quibus primus refulſit Apollodorus
nienſis nonageſima quarta Olympiade. Hic
us ſpecies exprimere inſtituit, primuſque glo-
penicillo jure contulit. Ejus eſt ſacerdos
ans, et Ajax fulmine incenſus, qui Pergami

ſpectatur hodie: neque ante eum tabula ullius oſtenditur, quæ teneat oculos.

Ab hoc artis fores apertas Zeuxis Heracleotes intravit, Olympiadis nonageſimæ quintæ anno quarto, audentemque jam aliquid penicillum (de hoc enim adhuc loquimur) ad magnam gloriam perduxit, a quibuſdam falſo in LXXXIX. Olympiade poſitus, quum fuiſſe neceſſe eſt Demophilum Himeræum, et Neſeam Thaſium: quoniam, utrius eorum diſcipulus fuerit, ambigitur. In eum Apollodorus ſupra dictus verſus fecit, artem ipſis ablatam Zeuxin ferre ſecum. Opes quoque tantas adquiſivit, ut in oſtentatione earum, Olympiæ aureis litteris in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentarit. Poſtea donare opera ſua inſtituit, quod ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret, ſicuti Alcmenam Agragantinis, Pana Archelao. Fecit et Penelopen, in qua pinxiſſe mores videtur: et athletam. Adeoque ſibi in illo placuit, ut verſum ſubſcriberet, celebrem ex eo. Inviſurum aliquem facilius, quam imitaturum. Magnificus eſt Jupiter ejus in throno, adſtantibus diis: et Hercules infans dracones ſtrangulans, Alcmena matre coram pavente et Amphitryone. Deprehenditur tamen Zeuxis grandior in capitibus, articuliſque: alioqui

qui tantus diligentia, ut Agragantinis facturus
ılam, quam in templo Junonis Laciniæ publice
rent, inſpexerit virgines eorum nudas, et quin-
elegerit, ut quod in quaque laudatiſſimum eſ-
pictura redderet. Pinxit et monochromata ex
).

Equales ejus et æmuli fuere Timanthes, Andro-
:s, Eupompus, Parrhaſius. Deſcendiſſe hic in
umen cum Zeuxide traditur. Et quum ille
liſſet uvas pictas tanto ſucceſſu, ut in ſcenam
advolarent, ipſe detuliſſe linteum pictum, ita
tate repræſentata, ut Zeuxis, alitum judicio
ens, flagitaret tandem remoto linteo oſtendi
ıram: atque intellecto errore concedere pal-
ı ingenuo pudore, quoniam ipſe volucres fefel-
t, Parrhaſius autem ſe artificem.
ertur et poſtea Zeuxis pinxiſſe puerum uvas fe-
em, ad quas quum advolaſſet avis, eadem in-
ıitate proceſſit iratus operi, et dixit: uvas me-
pinxi, quam puerum: nam ſi et hoc conſum-
em, avis timere debuerat. Fecit et figlina
a, quæ ſola in Ambracia relicta ſunt, quum
Muſas Fulvius Nobilior Romam transferret.
xidis manu Romæ Helena eſt in Philippi por-
ıus: et in Concordiæ delubro Marſyas religatus,

Parrhaſius

Parrhaſius Epheſi natus, et ipſe multa conſtituit. Primus ſymmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venuſtatem oris, confeſſione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Hæc eſt in pictura ſumma ſublimitas. Corpora enim pingere et media rerum, eſt quidem magni operis: ſed in quo multi gloriam tulerint. Extrema corporum facere, et definentis picturæ modum includere, rarum in ſucceſſu artis invenitur. Ambire enim debet ſe extremitas ipſa, et ſic definere, ut promittat alia poſt ſe: oſtendatque etiam quæ occultat. Hanc ei gloriam conceſſere Antigonus, et Xenocrates, qui de pictura ſcripſere: prædicantes quoque, non ſolum confitentes. Alia multa graphidis veſtigia exſtant in tabulis ac membranis ejus, ex quibus proficere dicuntur artifices. Minor tamen videtur, ſibi comparatus, in mediis corporibus exprimendis. Pinxit Demon Athenienſium, argumento quoque ingenioſo. Volebat namque varium, iracundum, injuſtum, inconſtantem: eumdem exorabilem, clementem, miſericordem, excelſum, glorioſum, humilem, ferocem, fugacemque, et omnia pariter oſtendere. Idem pinxit Theſea, qui Romæ in Capitolio fuit: et Navarchum thoracatum. Et in una tabula, quæ eſt Rhodi,

hodi, Meleagrum, Herculem, Perſea. Hæc ibi r fulmine ambuſta, neque obliterata, hoc ipſo iraculum auget. Pinxit et Archigallum: quam ſturam amavit Tiberius Princeps: atque, ut ctor eſt Decius Eculeo, LX. ſeſtertiis æſtimatam, biculo ſuo incluſit. Pinxit et Creſſam nutricem, antemque, in manibus ejus: et Philiſcum, et erum Patrem adſtante Virtute: et pueros duos, quibus ſpectatur ſecuritas, et ætatis ſimplicitas: n ſacerdotem adſtante puero cum acerra et coro-

Sunt et duæ picturæ ejus nobiliſſimæ: Hoplis alter, in certamine ita decurrens, ut ſudare eatur: alter arma deponens, ut anhelare ſentia-

Laudantur et Æneas, Caſtorque ac Pollux adem tabula: item Telephus, Achilles, Agannon, Ulyſſes. Fecundus artifex, ſed quo o inſolentius et arrogantius fit uſus gloria artis. nque et cognomina uſurpavit, Abrodiætum ſe ellando, aliiſque verbis principem artis, et eam ſe conſummatam. Super omnia Apollinis ſe ce ortum: et Herculem, qui eſt Lindi, talem pictum, qualem ſæpe in quiete vidiſſet. Ergo nis ſuffragiis ſuperatus a Timanthe Sami, in ce armorumque judicio, herois nomine ſe moferre dicebat, quod iterum ab indigno victus

eſſet

eſſet. Pinxit et minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis joci ſe reficiens.

Nam Timanthi vel plurimum adfuit ingenii. Ejus enim eſt Iphigenia, oratorum laudibus celebrata, qua ſtante ad aras peritura, quum mæſtos pinxiſſet omnes, præcipue patruum, et triſtitiæ omnem imaginem conſumſiſſet, patris ipſius vultum velavit, quem digne non poterat oſtendere. Sunt et alia ingenii ejus exemplaria, veluti Cyclops dormiens in parvula tabella: cujus et ſic magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta Satyros, thyrſo pollicem ejus metientes. Atque in omnibus ejus operibus intelligitur plus ſemper, quam pingitur: et quum ars ſumma ſit, ingenium tamen ultra artem eſt. Pinxit et Heroa abſolutiſſimi operis, artem ipſam complexus viros pingendi: quod opus nunc Romæ in templo Pacis eſt.

Euxenidas hac ætate docuit Ariſtidem præclarum artificem: Eupompus Pamphilum Apellis præceptorem. Eſt Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens. Ipſius auctoritas tanta fuit, ut diviſerit picturam in genera tria, quæ ante eum duo fuere: Helladicum, et quod Aſiaticum adpellabant. Propter hunc, qui erat Sicyonius, diviſo

Helladico

dico tria facta ſunt: Ionicum, Sicyonium,
um.
nphili, cognatio et prælium ad Phliuntem,
toria Athenienſium: item Ulyſſes in rate.
Macedo natione, ſed primus in pictura omni-
tteris eruditus, præcipue Arithmetice et Geo-
e, ſine quibus negabat artem perfici poſſe.
t neminem minoris talento annis decem:
mercedem ei Apelles et Melanthius dedere.
jus auctoritate effectum eſt Sicyone primum,
et in tota Græcia, ut pueri ingenui ante
graphicen, hoc eſt, picturam in buxo doce-
, recipereturque ars ea in primum gradum
ium. Semper quidem honos ei fuit, ut in-
exercerent, mox ut honeſti: perpetuo inter-
ne ſervitia docerentur. Ideo neque in hac,
in toreutice, ullius qui ſervierit opera cele-
ir.
ri etiam CVII. Olympiade exſtitere Echion,
ierimachus. Echionis ſunt nobiles picturæ,
Pater, item Tragœdia et Comœdia: Semi-
ex ancilla regnum adipiſcens: anus lampa-
æferens, et nova nupta verecundia notabilis.
um omnes prius genitos futuroſque poſtea
vit Apelles Cous, Olympiade CXII. Picturæ
plura

plura ſolus prope, quam ceteri omnes contulit, voluminibus etiam editis, quæ doctrinam eam continent. Præcipua ejus in arte venuſtas fuit, quum eadem ætate maximi pictores eſſent: quorum opera quum admiraretur, collaudatis omnibus, deeſſe iis unam Venerem dicebat, quam Græci Charita vocant: cetera omnia contigiſſe: ſed hac ſoli ſibi neminem parem. Et aliam gloriam uſurpavit, quum Protogenis opus immenſi laboris ac curæ ſupra modum anxiæ miraretur. Dixit enim omnia ſibi cum illo paria eſſe, aut illi meliora: ſed unc ſe præſtare, quod manum ille de tabula non ſcire tollere: memorabili præcepto, nocere ſæpe ni miam diligentiam. Fuit autem non minoris ſim plicitatis, quam artis. Nam cedebat Amphion de diſpoſitione, Aſclepiodoro de menſuris, hoc eſt quanto quid a quo diſtare deberet.

Scitum eſt inter Protogenem et eum, quod acci dit. Ille Rhodi vivebat: quod quum Apelles ad navigaſſet, avidus cognoſcendi opera ejus, fam tantum ſibi cogniti, continuo officinam petii Aberat ipſe, ſed tabulam amplæ magnitudinis i machina aptatam picturæ, anus una cuſtodieba Hæc Protogenem foris eſſe reſpondit: interrogavi a quo quæſitum diceret. Ab hoc, inquit Apelles

arreptoqu

)toque penicillo lineam ex colore duxit ſum-
tenuitatis per tabulam. Reverſo Protogeni,
geſta erant, anus indicavit. Ferunt artificem
inus contemplatum ſubtilitatem, dixiſſe Apel-
veniſſe: non enim cadere in alium tam abſo-
n opus. Ipſumque alio colore tenuiorem li-
ı in illa ipſa duxiſſe: præcepiſſeque abeuntem,
liſſet ille, oſtenderet, adjiceretque hunc eſſe,
ı quæreret: atque ita evenit. Revertitur enim
lles, ſed vinci erubeſcens, tertio colore lineas
.t, nullum relinquens amplius ſubtilitati lo-
. At Protogenes victum ſe confeſſus, in por-
devolavit, hoſpitem quærens. Placuitque eam
lam poſteris tradi, omnium quidem, ſed arti-
ı præcipuo miraculo. Conſumtam eam priore
ıdio domus Cæſaris in Palatio audio: ſpecta-
olim tanto ſpatio nihil aliud continentem,
ı lineas viſum effugientes, inter egregia mul-
m opera inani ſimilem, et eo ipſo allicientem,
ique opere nobiliorem.

pelli fuit alioqui perpetua conſuetudo, num-
n tam occupatam diem agendi, ut non lineam
ndo exerceret artem: quod ab eo in prover-
ı venit. Idem perfecta opera proponebat per-
. tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latens,

vitia,

vitia, quæ notarentur, auſcultabat, vulgum diligentiorem judicem, quam ſe præferens. Feruntque a ſutore reprehenſum, quod in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas: eodem poſtero die ſuperbo emendatione priſtinæ admonitionis cavillante circa crus, indignatum proſpexiſſe, denuntiantem, ne ſupra crepidam judicaret: quod et ipſum in proverbium venit. Fuit enim et comitas illi, propter quam gratior Alexandro Magno erat, frequenter in officinam ventitanti: nam, ut diximus, ab alio pingi ſe, vetuerat edicto. Sed et in officina imperite multa differenti ſilentium comiter ſuadebat, rideri eum dicens a pueris, qui colores tererent. Tantum erat auctoritati juris in regem, alioqui iracundum: quanquam Alexander honorem ei clariſſimo præbuit exemplo. Namque quum dilectam ſibi ex pallacis ſuis præcipue, nomine Campaſpen, nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle juſſiſſet, eumque cum pari captum amore ſenſiſſet, dono eam dedit. Magnus animo, major imperio ſui: nec minor hoc facto, quam victoria aliqua. Quippe ſe vicit, nec torum tantum ſuum, ſed etiam adfectum donavit artifici: ne dilectæ quidem reſpectu motus, ut quæ modo regis fuiſſet, modo

lo pictoris eſſet. Sunt, qui Venerem Anamenen illo pictam exemplari putant.

ıpelles et in æmulis benignus Protogeni dignaem primus Rhodi conſtituit. Sordebat ille ſuis, plerumque domeſtica: percontantique, quanti ret opera effecta, parvum neſcio quid dixerat: lle quinquagenis talentis popoſcit: famamque erfit, ſe emere, ut pro ſuis venderet. Ea res itavit Rhodios ad intelligendum artificem: nec augentibus pretium, ceſſit.

naginem adeo ſimilitudinis indiſcretæ pinxit, incredibile dictu) Apion Grammaticus ſcriptum uerit, quemdam ex facie hominum addivinan- (quos Metopoſcopos vocant) ex iis dixiſſe, futuræ mortis annos, aut præteritæ. Non at ei gratia in comitatu Alexandri cum Ptole-): quo regnante, Alexandriam vi tempeſtatis ılſus, ſubornato fraude emulorum plano regio tatus, ad Regis cœnam venit: indignantique emæo, et vocatores ſuos oſtendenti, ut diceret uo eorum invitatus eſſet, arrepto carbone exto e foculo, imaginem in pariete delineavit, ɔſcente vultum plani rege, ex inchoato proti-

Pinxit et Antigoni regis imaginem altero lue orbam, primus excogitata ratione vitia con-

dendi: obliquam namque fecit, ut quod corpori deerat, picturæ potius deesse videretur: tantumque eam partem e facie ostendit, quam totam poterat ostendere. Sunt inter opera ejus et exspirantium imagines. Quæ autem nobiliſſima ſint, non eſt facile dictu.

Venerem exeuntem e mari Divus Auguſtus dicavit in delubro patris Cæſaris, quæ Anadyomene vocatur, verſibus Græcis tali opere, dum laudatur, victo, ſed illuſtrato. Hujus inferiorem partem corruptam, qui reficeret, non potuit reperiri. Verum ipſa injuria ceſſit in gloriam artificis. Conſenuit hæc tabula carie: aliamque pro ea Nero principatu ſubſtituit ſuo, Dorothei manu. Apelles inchoaverat aliam Venerem Cois, ſuperaturus etiam ſuam illam priorem. Invidit mors peracta parte: nec, qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta, inventus eſt. Pinxit et Alexandrum Magnum, fulmen tenentem, in templo Epheſiæ Dianæ, viginti talentis. Digiti eminere videntur, et fulmen extra tabulam eſſe. Legentes meminerint omnia ea quatuor coloribus facta. Tabulæ pretium accepit aureos menſura, non numero.

Pinxit et Megabyzi ſacerdotis Dianæ Epheſiæ pompam: Clitum equo ad bellum feſtinantem: galeam

galeam poſcenti armigerum porrigentem. Alexandrum et Philippum quoties pinxerit, enumerare ſupervacuum eſt. Mirantur ejus Habronem Samii, et Menandrum, regem Cariæ, Rhodii. Item Anæum: Alexandriæ Gorgoſthenem tragœdum: Romæ Caſtorem et Pollucem, cum Victoria et Alexandro Magno: Item belli imaginem, reſtrictis ad terga manibus, Alexandro in curru triumphante. Quas utraſque tabulas Divus Auguſtus in Fori ſui partibus celeberrimis dicaverat ſimplicitate moderata. Divus Claudius pluris exiſtimavit, in utriſque exciſa facie Alexandri, Divi Auguſti imaginem ſubdere. Ejuſdem arbitrantur manu eſſe, et in Antoniæ templo Herculem averſum: ut, quod eſt difficillimum, faciem ejus oſtendat verius pictura, quam promittat. Pinxit et heroa nudum: eaque pictura naturam ipſam provocavit.

Eſt et equus ejus, ſive ſuit, pictus in certamine: quod judicium ad mutas quadrupedes provocavit ab hominibus. Namque ambitu æmulos prævalere ſentiens, ſingulorum picturas inductis equis oſtendit: Apellis tantum equo adhinnivere, idque et poſtea ſemper illius experimentum artis oſtendatur. Fecit et Neoptolemum, ex equo adverſus Perſas, Archelaum cum uxore et filia, Antigonum thora-

catum cum equo incedentem. Peritiores a
ferunt omnibus ejus operibus eumdem r
dentem in equo: Dianam ſacrificantium
choro mixtam: quibus viciſſe Homeri ver
tur, idipſum deſcribentis. Pinxit ex q
non poſſunt, tonitrua, fulgetraque: Bronte
pen, Ceraunobolian adpellant.

Inventa ejus et ceteris profuere in arte.
imitari nemo potuit, quod abſoluta opera
to illinebat ita tenui, ut idipſum repercu
tates colorum excitaret, cuſtodiretque a p
ſordibus, ad manum intuenti demum a
Sed et cum ratione magna: ne colorum
oculorum aciem offenderet, veluti per lapi
cularem intuentibus e longinquo: et ea
nimis floridis coloribus auſteritatem occult

Æqualis ejus fuit Ariſtides Thebanus.
nium primus animum pinxit, et ſenſus
expreſſit, quæ vocant Græci ethe: item p
tiones: durior paulo in coloribus. Huju
eſt, oppido capto ad matris morientis e
mammam adrepens infans: intelligiturqu
mater et timere, ne emortuo lacte ſanguin
bat. Quam tabulam Alexander Magnus t
rat Pellam in patriam ſuam. Idem pinxit

Perſis, centum homines ea tabula complexus, uſque in ſingulos mnas denas a tyranno Elaum Mnaſone. Pinxit et currentes quadrigas, pplicantem pæne cum voce: et venatores cum ıra: et Leontionem pictorem: et Anapauo:n, propter fratris amorem. Item Liberum :m, et Ariadnen, ſpectatos Romæ in æde Ce: Tragœdum, et puerum, in Apollinis cujus æ gratia interiit pictoris inſcitia, cui tergeneam mandaverat M. Junius Prætor ſub die lun Apollinarium. Spectata eſt et in æde Fidei ıpitolio imago ſenis cum lyra puerum docentis. t et ægrum ſine fine laudatum. Qua in arte m valuit, ut Attalus rex unam tabulam ejus m talentis emiſſe tradatur.

nul, ut dictum eſt, Protogenes floruit. Patria unus, gentis Rhodiis ſubjectæ. Summa ejus :rtas initio, artiſque ſumma intentio, et ideo : fertilitas. Quis eum docuerit, non putant ıre. Quidam et naves pinxiſſe uſque ad anquinquageſimum: argumentum eſſe, quod ı Athenis celeberrimo loco Minervæ delubro 'læon pingeret, ubi fecit nobilem Paralum, .mmoniada, quam quidam Nauſicaam vocant, :rit parvulas naves longas in iis, quæ pictores

dicatus in templo Pacis: quem quum
traditur madidis lupinis vixiſſe, quon
famem ſuſtinerent et ſitim, ne ſenſus ni
dine obſtrueret. Huic picturæ quater c
duxit, ſubſidio injuriæ et vetuſtatis, u
ſuperiore inferior ſuccederet. Eſt in ea
factus, ut quem pariter caſus pinxerit.
cabat ſe exprimere in eo ſpumam anhel
quum reliqua omni parte (quod difficilli
ſibi ipſe ſatis feciſſet. Diſplicebat aute
nec minui poterat, et videbatur nimia,
a veritate diſcedere, ſpumaque illa pin
ore naſci, anxio animi cruciatu, quum
verum eſſe, non verisimile vellet: abſ
pius, mutaveratque penicillum, nullo
adprobans. Poſtremo iratus arti, quo

ita Protogenes monſtravit et fortuna. Propter hunc Ialyſum, ne cremaret tabulas Demetrius rex, quum ab ea parte ſola poſſet Rhodum capere, non incendit: parcentemque picturæ fugit occaſio victoriæ. Erat tunc Protogenes in ſuburbano hortulo ſuo, hoc eſt, Demetrii caſtris. Neque interpellatus præliis inchoata opera intermiſit omnino: niſi accitus a rege interrogatuſque, qua fiducia extra muros ageret, reſpondit, ſcire ſe, cum Rhodiis illi bellum eſſe, non cum artibus. Diſpoſuit ergo rex in tutelam ejus ſtationes, gaudens, quod poſſet manus ſervare, quibus jam pepercerat: et ne ſæpius avocaret, ultro ad eum venit hoſtis, relictiſque victoriæ ſuæ votis, inter arma et murorum ictus ſpectavit artificem. Sequiturque tabulam ejus temporis hæc fama, quod eam Protogenes ſub gladio pinxerit. Satyrus hic eſt, quem Anapauomenon vocant, ne quid deſit temporis ejus ſecuritati, tenentem tibias. Fecit et Cydippen, Tlepolemon, Philiſcum Tragœdiarum ſcriptorem meditantem, et athletam, et Antigonum regem, et imaginem matris Ariſtotelis Philoſophi: qui ei ſuadebat, ut Alexandri Magni opera pingeret, propter æternitatem rerum. Impetus animi et quædam artis libido

bido in hæc potius eum tulere. Noviſſime pinxit Alexandrum, ac Pana: fecit et ſigna ex ære.

Subtexi par eſt minoris picturæ celebres in penicillo, e quibus fuit Pyreïcus: arte paucis poſtferendus: propoſito, neſcio an deſtruxerit ſe: quoniam humilia quidem ſecutus, humilitatis tamen ſummam adeptus eſt gloriam. Tonſtrinas, ſutrinaſque pinxit, et aſellos, et obſonia, ac ſimilia: ob hoc cognominatus Rhyparographos, in iis conſummatæ voluptatis. Quippe eæ pluris veniere, quam maximæ multorum. E diverſo Mæniana, inquit Varro, omnia operiebat Serapionis tabula ſub Veteribus. Hic ſcenas optime pinxit, ſed hominem pingere non potuit. Contra Dionyſius nihil aliud, quam homines pinxit, ob id Anthropographus cognominatus. Parva et Callicles fecit: item Callades comicis tabellis: utraque Antiphilus. Nam et Heſionam nobilem pinxit, et Alexandrum ac Philippum cum Minerva, qui ſunt in Schola in Octaviæ porticibus: et in Philippi, Liberum Patrem, Alexandrum puerum, Hippolytum tauro emiſſo expaveſcentem: in Pompeia veri Cadmum et Europen. Idem jocoſo nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Unde hoc genus pic

tura

turæ grylli vocantur. Ipſe in Ægypto natus didicit a Cteſidemo.

Ludius, Divi Auguſti ætate, primus inſtituit amœniſſimam parietum picturam, villas et porticus, ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piſcinas, euripos, amnes, litora, qualia quis optaret, varias ibi obambulantium ſpecies, aut navigantium, terraque villas adeuntium aſellis aut vehiculis. Jam piſcantes, aucupanteſque, aut venantes, aut etiam vindemiantes, ſunt in ejus exemplaribus: nobiles, paluſtri acceſſu villæ, ſuccollatis ſponſione mulieribus, labantes trepidique feruntur: plurimæ præterea tales argutiæ facetiſſimi ſalis. Idemque ſubdialibus maritimas urbes pingere inſtituit, blandiſſimo adſpectu, minimoque impendio.

Sed nulla gloria artificum eſt, niſi eorum, qui tabulas pinxere: eoque venerabilior adparet antiquitas. Non enim parietes excolebant dominis tantum, nec domos uno in loco manſuras, quæ ex incendiis rapi non poſſent. Caſula Protogenes contentus erat in hortulo ſuo. Nulla in Apellis tectoriis pictura erat. Nondum libebat parietes totos pingere. Omnis eorum ars urbibus excubabat, pictorque res communis terrarum erat. Fuit et Arellius Romæ celeber paulo ante Divum Auguſtum:

tum: nisi flagitio insigni corrupisset artem, alicujus feminæ amore flagrans, et ob id Dea gens, sed dilectarum imagine. Itaque in ejus scorta numerabantur. Fuit et nuper ac severus, idemque floridus, humilis rei Amulius. Hujus erat Minerva, spectante spectans, quacumque adspiceretur. Pauci horis pingebat, id quoque cum gravitate, semper togatus, quanquam in machinis. ejus artis Domus aurea fuit: et ideo non exempla alia magnopere. Post eum fuere in ritate Cornelius Pinus, et Accius Priscus, q noris et Virtutis ædes Imperatori Vespasian gusto restituenti pinxerunt: sed Priscus a similior.

Non est omittenda in picturæ mentione circa Lepidum fabula. Siquidem in Triu quodam loco deductus a magistratibus in n sum hospitium, minaciter cum iis postero postulavit, somnum ademtum sibi volucru centu. At illi draconem in longissima me depictum circumdedere loco: eoque terro tum siluisse narratur, et postea cognitum posse compesci.

Ceris pingere, ac picturam inurere quis

taverit, non conſtat. Quidam Ariſtidis inventum putant, poſtea conſummatum a Praxitele. Sed aliquanto vetuſtiores encauſticæ picturæ exſtitere, ut Polygnoti, et Nicanoris, et Arceſilai Pariorum. Lyſippus quoque Æginæ picturæ ſuæ inſcripſit, ἐνέκαυσεν: quod profecto non feciſſet, niſi encauſtica inventa.

Pamphilus quoque Apellis præceptor non pinxiſſe tantum encauſta, ſed etiam docuiſſe traditur Pauſian Sicyonium primum in hoc genere nobilem, Brietis filius hic fuit, ejuſdemque primo diſcipulus. Pinxit et ipſe penicillo parietes Theſpiis, quum reficerentur quondam a Polygnoto picti: multumque comparatione ſuperatus exiſtimabatur, quoniam non ſuo genere certaſſet. Idem et lacunaria primus pingere inſtituit, nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. Parvas pingebat tabellas, maximeque pueros. Hoc æmuli eum interpretabantur facere, quoniam tarda picturæ ratio eſſet illa. Quamobrem arti daturus et celeritatis famam, abſolvit uno die tabellam, quæ vocata eſt Hemereſios, puero picto. Amavit in juventa Glyceram municipem ſuam, inventricem coronarum: certandoque imitatione ejus, ad numeroſiſſimam florum varietatem perduxit artem illam. Poſtremo

pinxit

pinxit illam ſedentem cum corona, quæ e nobiliſſimis ejus tabula adpellata eſt Stephaneplocos, ab aliis Stephanopolis, quoniam Glycera venditando coronas ſuſtentaverat paupertatem. Hujus tabulæ exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit Dionyſiis Athenis.

Pauſias autem fecit et grandes tabulas, ſicut ſpectatam in Pompeii porticibus boum immolationem. Eam enim picturam primus invenit, quam poſtea imitati ſunt multi, æquavit nemo. Ante omnia quum longitudinem bovis oſtendere vellet, adverſum eum pinxit, non tranſverſum: et abunde intelligitur amplitudo. Dein quum omnes, quæ volunt eminentia videri, candicantia faciant, coloremque condant nigro: hic totum bovem atri coloris fecit, umbræque corpus ex ipſo dedit, magna prorſus arte in æquo exſtantia oſtendens, et in confracto ſolida omnia. Sicyone et hic vitam egit, diuque fuit illa patria picturæ. Tabulas inde e publico omnes propter æs alienum civitatis addictas, Scauri ædilitas Romam tranſtulit.

Poſt eum eminuit longe ante omnes Euphranor Iſthmius, Olympiade centeſima quarta, idem qui inter fictores dictus eſt a nobis. Fecit et coloſſos, et marmora, ac ſcyphos ſcalpſit: docilis ac laborioſus

oſus ante omnes, et in quocumque genere excelns, ac ſibi æqualis. Hic primus videtur expreſſe dignitates heroum, et uſurpaſſe ſymmetriam. ed fuit univerſitate corporum exilior, capitibus ticuliſque grandior. Volumina quoque compoit de ſymmetria et coloribus. Opera ejus ſunt, ueſtre prælium: duodecim Dii: Theſeus, in quo xit, eumdem apud Parrhaſium roſa paſtum eſſe, um vero carne. Nobiles ejus tabulæ Epheſi, lyſſes ſimulata veſania bovem cum equo jungens: palliati cogitantes: dux gladium condens.

SCULPTURA.

Marmore ſcalpendo primi omnium inclaruent Dipœnus et Scillis, geniti in Creta inſula, iamnum Medis imperantibus, priuſque quam Cys in Perſis regnare inciperet, hoc eſt, Olympiade rciter L. Ii Sicyonem ſe contulere, quæ diu fuit ficinarum omnium metallorum patria. Deorum iorumdam ſimulacra publice locaverunt Sicyonii, iæ prius quam abſolverentur, artifices injuriam ieſti abierunt in Ætolos. Protinus Sicyonem faes invaſit ac ſterilitas mœrorque dirus. Remedium

dium petentibus Apollo Pythius adfuturum reſpondit, ſi Dipœnus et Scyllis Deorum ſimulacra perfeciſſent. Quod magnis mercedibus obſequiiſque impetratum eſt. Fuere autem ſimulacra ea Apollinis, Dianæ, Herculis, Minervæ, quod e cælo poſtea tactum eſt.

Quum ii eſſent, jam fuerant in Chio inſula Malas ſculptor, dein filius ejus Micciades, ac deinde nepos Anthermus Chius, cujus filii Bupalus et Anthermus clariſſimi in ea ſcientia fuere, Hipponactis poëtæ ætate, quem certum eſt LX. Olympiade fuiſſe. Quod ſi quis horum familiam ad proavum uſque retro agat, inveniet, artis ejus originem cum Olympiadum origine cœpiſſe. Hipponacti notabilis fœditas vultus erat: quamobrem imaginem ejus laſcivia jocorum ii propoſuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compuliſſe: quod falſum eſt. Complura enim in finitimis inſulis ſimulacra poſtea fecere, ſicut in Delo, quibus ſubjecerunt carmen, non vitibus tantum cenſeri Chium, ſed et operibus Anthermi filiorum. Oſtendunt et Iaſii Dianam manibus eorum factam. Et in ipſa Chio narrata eſt operis eorum Dianæ facies in ſublimi poſita,

cujus

cujus vultum intrantes triſtem, exeuntes hilaratum putant. Romæ ſigna eorum ſunt in Palatina æde Apollinis in faſtigio, et in omnibus fere, quæ Divus Auguſtus fecit. Patris quoque eorum et Deli fuere opera, et in Leſbo inſula. Dipœni quidem Ambracia, Argos, Cleonæ, operibus refertæ fuere. Omnes autem tantum candido marmore uſi ſunt e Paro inſula, quem lapidem cœpere lychniten adpellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, ut auctor eſt Varro: multis poſtea candidioribus repertis, nuper etiam in Lunenſium lapicidinis. Sed in Pariorum mirabile proditur, gleba lapidis unius cuneis dividentium ſoluta, imaginem Sileni exſtitiſſe.

Non omittendum, hanc artem tanto vetuſtiorem fuiſſe, quam picturam, aut ſtatuariam, quarum utraque cum Phidia cœpit, LXXXIII. Olympiade, poſt annos circiter trecentos triginta duos. Et ipſum Phidiam tradunt ſcalpſiſſe marmora, Veneremque ejus eſſe Romæ in Octaviæ operibus eximiæ pulcritudinis. Alcamenem Athenienſem (quod certum eſt) docuit in primis nobilem, cujus ſunt opera Athenis complura in ædibus ſacris, præclaraque Venus extra muros, quæ adpellatur Aphrodite ἐν Κήποις. Huic ſummam manum ipſe Phidias impoſuiſſe

impoſuiſſe dicitur. Ejuſdem diſcipulus fuit Agoracritus Parius, ei ætate gratus. Itaque e ſuis operibus pleraque nomini ejus donaſſe fertur. Certavere autem inter ſe ambo diſcipuli Venere facienda. Vicitque Alcamenes non opere, ſed civitatis ſuffragiis, contra peregrinum ſuo faventis. Quare Agoracritus ea lege ſignum ſuum vendidiſſe traditur, ne Athenis eſſet, et adpellaſſe Nemeſin. Id poſitum eſt Rhamnunte pago Atticæ, quod M. Varro omnibus ſignis prætulit. Eſt et in Matris Magnæ delubro in eadem civitate Agoracriti opus.

Phidiam clariſſimum eſſe per omnes gentes, quæ Jovis Olympii famam intelligunt, nemo dubitat: ſed ut merito laudari ſciant, etiam qui opera ejus non viderunt, proferemus argumenta parva et ingenii tantum. Neque ad hoc Jovis Olympii pulcritudine utemur, non Minervæ Athenis factæ amplitudine, quum ſit ea cubitorum viginti ſex, ebore hæc et auro conſtat: ſed ſcuto ejus, in quo Amazonum prælium cælavit, intumeſcente ambitu parmæ: ejuſdem concava parte Deorum et gigantum dimicationem: in ſoleis vero Lapitharum et Centaurorum: adeo momenta omnia capacia artis illi fuere. In baſe autem quod cælatum eſt, Pandoras geneſin adpellavit: Ibi Dii ſunt XX. numero naſcentes,

ſcentes, Victoria præcipue mirabili. Periti mi-
ntur et ſerpentem, ac ſub ipſa cuſpide æream
hingem. Hæc ſunt obiter dicta de artifice nun-
am ſatis laudato: ſimul ut noſcatur illam mag-
ficentiam æqualem fuiſſe et in parvis.

Praxitelis ætatem inter ſtatuarios diximus, qui
ırmoris gloria ſuperavit etiam ſemet. Opera
ıs ſunt Athenis in Ceramico: ſed ante omnia, et
n ſolum Praxitelis, verum et in toto orbe terra-
n, Venus, quam ut viderent, multi navigave-
ıt Gnidum. Duas fecerat, ſimulque vendebat,
eram velata ſpecie, quam ob id quidem prætule-
ıt, quorum conditio erat, Coï, quum alteram
am eodem pretio detuliſſet, ſeverum id ac pudi-
m arbitrantes: rejectam Gnidii emerunt: im-
ınſa differentia famæ. Voluit eam poſtea a
ıidiis mercari rex Nicomedes, totum æs civita-
alienum, quod erat ingens, diſſoluturum ſe pro-
ttens. Omnia perpeti maluere, nec immerito:
ɔ enim ſigno Praxiteles nobilitavit Gnidum.
dicula ejus tota aperitur, ut conſpici poſſit undi-
e effigies Deæ, favente ipſa, ut creditur, facto.
ec minor ex quacumque parte admiratio eſt.
ınt in Gnido et alia ſigna marmorea illuſtrium
tificum: Liber Pater Bryaxidis: et alter Scopæ,

Octaviæ ſcholis poſitus. Romæ Praxitel
ſunt, Flora, Triptolemus, Ceres in hortis
Boni Eventus, et Bonæ Fortunæ ſimulacr
pitolio: item et Mænades, et quas Thy
cant, et Caryatidas: et Sileni, in Pollion
monumentis, et Apollo, et Neptunus.

Praxitelis filius Cephiſſodorus et artis h
Cujus laudatum eſt Pergami ſymplegma
nobile, digitis corpori verius, quam marn
preſſis. Romæ ejus opera ſunt: Latona i
delubro: Venus in Pollionis Aſinii mon
et intra Octaviæ porticus in Junonis æde
pius, ac Diana.

Scopæ laus cum his certat. Is fecit
et Pothon, et Phaëthontem, qui Samothr
tiſſimis cærimoniis coluntur. Item Apolli

Thetis, atque Achilles, Nereïdes ſupra delphinos, et cete, et hippocampos ſedentes. Item Tritones, choruſque Phorci, et priſtes, ac multa alia marina, omnia ejuſdem manus, præclarum opus, etiam ſi totius vitæ fuiſſet. Nunc vero, præter ſupra dicta, quæque neſcimus, Mars eſt etiamnum ſedens coloſſeus ejuſdem, in templo Bruti Callaïci apud Circum eumdem. Præterea Venus in eodem loco nuda Praxiteliam illam antecedens, et quemcumque alium locum nobilitatura.

Romæ quidem magnitudo operum eam obliterat, ac magni officiorum negotiorumque acervi omnes a contemplatione talium abducunt: quoniam otioſorum et in magno loci ſilentio apta admiratio talis eſt. Qua de cauſa ignoratur artifex ejus quoque Veneris, quam Veſpaſianus Imperator in operibus Pacis ſuæ dicavit, antiquorum dignam fama. Par hæſitatio eſt in templo Apollinis Soſiani, Nioben cum liberis morientem, Scopas an Praxiteles fecerit: item Ianus Pater in ſuo templo dicatus ab Auguſto, ex Ægypto advectus, utrius manus ſit, jam quidem et auro occultatus. Similiter in Curia Octaviæ quæritur de Cupidine fulmen tenente.

Scopas habuit æmulos eadem ætate, Bryaxin, et Timotheum, et Leocharem, de quibus ſimul dicen-

dum eſt, quoniam pariter cælavere, Mauſolo Cariæ regulo, qui obiit Olympiadis centeſimæ ſextæ anno ſecundo. Opus id ut eſſet inter ſeptem miracula, ii maxime artifices fecere: Patet ab auſtro et ſeptentrione ſexagenos ternos pedes, brevius a frontibus, toto circuitu pedes quadringentos undecim: attollitur in altitudinem viginti quinque cubitis: cingitur columnis triginta ſex. Pteron vocavere. Ab oriente cælavit Scopas, a ſeptemtrione Bryaxis, a meridie Timotheus, ab occaſu Leochares. Priuſque quam peragerent, regina Artemiſia, quæ mariti memoriæ id opus exſtrui juſſerat, obiit. Non tamen receſſerunt, niſi abſoluto jam, id gloriæ ipſorum artiſque monumentum judicantes, hodieque certant manus. Acceſſit et quintus artifex. Namque ſupra pteron, pyramis altitudine inferiorem æquavit, viginti quatuor gradibus in metæ cacumen ſe contrahens. In ſummo eſt quadriga marmorea, quam fecit Pythis. Hæc adjecta centum quadraginta pedum altitudine totum opus includit.

Timothei manu Diana Romæ eſt in Palatio, Apollinis delubro, cui ſigno caput repoſuit Aulanius Evander. In magna admiratione eſt et Hercules Meneſtrati: et Hecate Epheſi in templo Dianæ

poſt ædem, in cujus contemplatione admo-
litui parcere oculis, tanta marmoris radiatio

multo plurium fama eſt, quorumdam clari-
operibus eximiis obſtante numero artificum,
m nec unus occupat gloriam, nèc plures pa-
ıuncupari poſſunt, ſicut in Laocoonte, qui
Titi Imperatoris domo, opus omnibus et
e et ſtatuariæ artis præponendum. Ex uno
eum et liberos draconumque mirabiles nexus
ſilii ſententia fecere ſummi artifices, Ageſan-
Polydorus et Athenodorus Rhodii.
eſilaum magnificat Varro, cujus ſe mar-
n habuiſſe leænam tradit, aligeroſque lu-
cum ea Cupidines, quorum alii religatam
nt, alii e cornu cogerent bibere, alii calcea-
ɔccis, omnes ex uno lapide. Sunt et in par-
ırmoreis famam conſecuti, Myrmecides, cujus
gam cum agitatore cooperuit alis muſca: et
rates, cujus formicarum pedes atque alia
ra pervidere non eſt.

FINIS.

N. B.

NOMINA Anglica rariorum quorundam Animalium quæ ima pagina occurrunt, ex eruditiſſimo opere, Zoologia Britannica *Domini Pennant, deprompta ſunt; ex cujus ſententia ſequentia quoque nomina, quæ pro ſua benevolentia communicavit, appoſui.*

Polypus,	The Cuttle Fiſh is of this ſpecies.
Muræna,	The Muray, a Fiſh of the Eel-kind not found in our ſeas.
Mugil,	The Mullet.
Mullus,	The Surmullet.
Rana, p. 73. *ſc. Piſcatrix,*	The Fiſhing Frog.
Solea, Paſſer,	Fiſh of the Flounder-kind.
Squalus, Glanis, Aries,	Fiſh of the Shark-kind
Locuſta, ſc. Marina.	The Lobſter.